
UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00902688 1

HIERARCHIA CATHOLICA MEDII ET RECENTIORIS AEVI

VOLUMEN VI

1730 - 1799

HIERARCHIA CATHOLICA MEDII ET RECENTIORIS AEVI

SIVE

SUMMORUM PONTIFICUM - S. R. E. CARDINALIUM
ECCLESIARUM ANTISTITUM
SERIES

E DOCUMENTIS TABULARII PRAESERTIM VATICANI
COLLECTA - DIGESTA - EDITA

VOLUMEN SEXTUM

A PONTIFICATU CLEMENTIS PP. XII (1730)
USQUE AD PONTIFICATUM PII PP. VI (1799)

PER

P. REMIGIUM RITZLER - O. F. M. CONV.

ET

P. PIRMINUM SEFRIN - O. F. M. CONV.

PATAVII MCMLVIII
TYPIS ET SUMPTIBUS DOMUS EDITORIALIS
"IL MESSAGGERO DI S. ANTONIO„
APUD BASILICAM S. ANTONII - PATAVII
(ITALIA)



NIHIL OBSTAT

Ex parte Ordinis nihil obstat, quominus TOMUS SEXTUS operis «HIERARCHIA CATHOLICA MEDII ET RECENTIORIS AEVI» ab *A.R.P.M.° Remigio Ritzler* et ab *A.R.P. Pirmino Sefrin* Defin. Perpet., Ordinis nostri Sacerdotibus, ex regulari Provincia Argentina S. Elisabeth in Germania, compilatus, servatis ceteris de iure servandis, typis demandari et publici iuris fieri possit.

In quorum fidem etc.

Datum ROMAE, *ad SS. XII Apostolos*
die 29 mensis Iunii 1958,
in festo SS. Apostolorum Petri et Pauli

FR. VICTORIUS M. COSTANTINI
Minister Generalis
Ordinis Fratrum Minorum Conventualium

IMPRIMATUR

PATAVII, die 12 Iulii 1958

J. PRETTO, VIC. GEN.

Ex Typographia «Il Messaggero di S. Antonio»
Provinciae Patavinae S. Antonii Ordinis Fratrum Minorum Conventualium
apud Basilicam S. Antonii-Patavii (Italia)

PRAEFATIO

Huius «Hierarchiae Catholicae» sexti voluminis RATIO eadem est ac voluminis quinti a nobis anno 1952 editi.

Praeter FONTES quinti tomi ex Tabulariis Vaticanis depromptos, in compositione huius sexti voluminis aliis fontibus novis, in eisdem Pontificiis Archivis existentibus, usi sumus, quos nobis primum explorare licuit, quosque hoc loco enumeramus:

1) «*Bullae consistoriales Benedicti PP. XIV*». Est collectio 28 voluminum, quae continent documenta de historia ecclesiasticae administrationis et disciplinae.

2) «*Collezioni di Bolle e Brevi Apostolici*». Est 6 voluminum collectio, quae in sic dicto fundo consistoriali Tabularii Vaticani asservatur. Praeter Bullas et Brevia ab altera medietate saeculi XVIII usque ad medietatem saeculi XIX (praesertim ex pontificatu Pii PP. VI et Pii PP. VII), inveniuntur in hisce voluminibus litterae quoque Cardinalium, epistolae pastorales Episcoporum, allocutiones pontificiae consistoriales, invitationes sacrae, et alia.

3) «*Archivio dello Scrittore Segreto*». Est collectio 45 voluminum et 4 fasciculorum («pacchi»), in quibus asservantur primae perscriptiones («minute») bullarum per viam secretam Datariae Apostolicae expeditarum ab anno 1730 usque ad Leonis PP. XIII pontificatum. Haec collectio continet praesertim summorum ac mediorum Beneficiorum provisiones, Episcoporum titularium (coadiutorum scilicet, auxiliarium etc.) promotiones, pensiones ex beneficiis percipiendas, collationes Palliorum et Commendarum, Dioecesium uniones, suppressiones ac dismembrationes.

4) «*Archivio della Nunziatura di Colonia*», «*Lisbona*», et «*Madrid*». Ex documentis horum Nuntiaturarum Archivorum examinavimus praesertim Processus informativos super qualitatibus Episcoporum promovendorum ab Apostolicis Nuntiis confectos, qui adhuc exstant.

5) «*Lettere di Cardinali*». Est collectio 217 numerorum, ab anno 1522 ad annum 1815, quae commercium epistolare inter Curiam Romanam et Cardinales continet. Descriptio haec argumenti collectionis non est stricte accipienda; nonnullae enim Cardinalium epistolae saepe inveniuntur etiam in alia collectione cui titulus «*Lettere di Vescovi e Prelati*».

6) «*Lettere di Vescovi e Prelati epoca Napoleonica*». Est 113 fasciculorum («mazzi») collectio, quae continet commercium epistolare inter Romanam Curiam et Episcopos ac Praelatos ab anno 1800 ad annum 1809.

7) «*Iuramenta Fidelitatis et Professiones Fidei*». Haec collectio 23 voluminum pariter in sic dicto fundo consistoriali Tabularii Vaticani asservatur. Est collectio quaedam incompleta instrumentorum Iuramentorum Fidelitatis et Professionum Fidei Episcoporum et Abbatum monasteriorum consistorialium ab anno 1654 ad annum 1858; quae vero hic desunt instrumenta, partim inter Processus Consistoriales inveniuntur. Instrumenta Iuramentorum Fidelitatis (vel litterae ea comitantes) generaliter indicant diem consecrationis Episcopi et nomina consecrantis ac conconsecrantium Episcoporum.

8) «*Collezioni di Risoluzioni Ecclesiastiche*». Sunt 2 volumina pariter in sic dicto fundo consistoriali eiusdem Tabularii asservata, quae continent summaria cum documentis originalibus spectantia ad res Indiarum Orientalium hinc in Congregationibus particularibus tractandas, ab anno 1795 ad annum 1802.

9) «*Gallia moderna*». Est volumen, quod etiam in eodem fundo consistoriali reperitur. Integra operis inscripto in primo folio sic legitur: «*Gallia moderna quoad provisiones metropolitanarum et cathedralium aliaque negotia ecclesiastica peracta a Summo Pontifice Pio VII tum Romae tum Lutetiae Parisiorum commorante anno* 1801 *usque ad praesens* [1805]».

10) Volumen signo «*Tit.*» a nobis breviter designatum pariter in fundo consistoriali exstat. In eius primo folio sequens legitur titulus: «*Episcopatus, Tituli, Diaconiae aliaque officia ad Em.os S.R.E. Cardinales spectantia. Opus Bartholomaei Regoli* 1768». Alia manus continuavit seriem Cardinalium sub singulorum titulis.

Inter opera typis impressa, a nobis in compilatione huius sexti voluminis subsidiaria tantum ratione adhibita, illud praesertim notandum est, quod «*Diario di Roma*» inscribitur. Agitur de ephemeride, quae saeculis XVIII et XIX maximi momenti atque satis notatu digna exstitit; initia habuit die 5 Augusti 1716 opere fratrum Hungarorum Lucae-Antonii et Ioannis Chracas, atque anno 1894 suas explevit editiones. In nostris citationibus indicamus numerum fasciculorum et paginarum, quibus praecipue continentur notitiae de consecrationibus Episcoporum Romae habitis atque de Cardinalium Episcoporumque decessibus.

Huius denique «Hierarchiae Catholicae» sexti tomi editio non modo typis, sicut iam voluminis quinti impressio, sed

etiam sumptibus emeritae Domus Editorialis «Il Messaggero di S. Antonio» Patavinae Provinciae S. Antonii Fratrum Minorum Conventualium perfecta est.

Postremo, iucundum nobis est iterum publicas agere gratias Viris Illustrissimis ac Reverendissimis defuncto Angelo Mercati († 1955), Tabularii Vaticani Praefecto, eiusque successori Martino Giusti, qui pervestigationes historicas in eodem Tabulario Vaticano pro praeparatione huius voluminis faciliores reddiderunt, et Henrico Dante, Caeremoniarum Apostolicarum Praefecto, cuius eximia liberalitate Archivum Praefecturae Caeremoniarum Apostolicarum perscrutari licuit. Eosdem grati animi sensus proferre volumus omnibus egregiis Viris, qui in perarduo labore prosequendo adiutricem nobis manum utcumque contulerunt.

ROMAE, in die festo Pentecostes, die 25 mensis Maii anni MCMLVIII

P. REMIGIUS RITZLER, O.F.M.Conv.
P. PIRMINUS SEFRIN, O.F.M.Conv.

Sigla et abbreviationes

1) Sigla et abbreviationes locutionum singularum

a. = anno, anni, annum
abb. = abbas, abbatia
absolv. a vinc. NN. = absolvitur a vinculo ecclesiae NN. quo tenebatur
admin. = administratio, administrator
advoc. = advocatus
aet. = aetatis
al. = alias
an. = annorum
ann. = annuus
apost. = apostolicus
Apr. = Aprilis
archidiac. = archidiaconus
archiep. = archiepiscopus
archiepatus = archiepiscopatus
archipbr. = archipresbyter
assign. = assignatio, assignatur
assist. = assistens
aud. = auditor
Aug. = Augusti
b. = beatus
bacc. = baccalaureus (phil. = philosophiae; theol. = sacrae theologiae; iur. can. = iuris canonici; iur. utr. = iuris utriusque)
bapt. = baptizatus
bas. = basilica
benef. = beneficium
Bibl. Vat. = Bibliotheca Apostolica Vaticana
c. = cum
Cam. Apost. = Camera Apostolica
camer. = camerarius
can. = canonicus
can.^{tus} = canonicatus
cant. = cantor
capell. = capellanus
card. = cardinalis
cardinal. = cardinalitius
cath. = catholicus
cathedr. = cathedralis (*scil.* ecclesia)
cess. = cessio, cessit
cf. = conferas
circ. = circiter
civ. = civitas
cler. = clericus, clericalis
Cl.R.Som. = Clericorum Regularium a Somascha
coadi. = coadiutor
coadi. c.f.s. = coadiutor cum futura successione *seu* cum iure futurae successionis
cod. = codex
coll. = collegium
colleg. = collegiata (*scil.* ecclesia)
commend. = commenda, commendatarius
commiss. = commissarius
compat. = compatibilium
conc. = concessio, conceditur
Conc. Trid. = Concilium Tridentinum
confirm. = confirmatio, confirmatur
Congr.Barn. = Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Decollati *seu* Barnabitarum
Congr.Can.Lat. = Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensium
Congr.Can.S.Salvatoris = Congregationis Canonicorum Regularium S.^{mi} Salvatoris
Congr.Cl.R.Min. = Congregationis Clericorum Regularium Minorum
Congr.Cl.S.P. = Congregationis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum
Congr.Miss. = Congregationis Missionis S. Vincentii a Paulo
Congr.Orat. = Congregationis Oratorii
Congr.P.O. = Congregationis Piorum Operariorum
Congr.Pass. = Congregationis Passionis
Congr.SS.R. = Congregationis S.^{mi} Redemptoris
cons. = consultor
consecr. = consecratio, consecratur
consist. = consistorium, consistorialis
const. = constitutus
constit. = constitutio
cubic. = cubicularius
Cur. Rom. = Curia Romana
dat. = datarius
Dec. = Decembris
decan. = decanus
decr. = decretum
def. = defectus (nat. = natalium; aet. = aetatis)
deput. = deputa(n)tur
diac. = diaconus
dign. = dignitas
dim. = dimissio, dimittit, dimisit
dioec. = dioecesis
disp. = dispensatio, dispensatur
D.N. = Dominus Noster (*scil.* Papa)
doct. = doctor (*vide* bacc.)
dom. = domus
domest. = domesticus
duc. = ducatorum
eccl. = ecclesia
el. = electio, electus
eleemos. = eleemosynarius
em. = eminentissimus
ep. = episcopus
epalis = episcopalis
epatus = episcopatus
erig. = erigere
exam. = examinator
exped. = expeditio, expeditur
extraord. = extraordinarius

f. = folium
ff. = folia
fac. = facultas
fac. cap. = facultas capiendi
Febr. = Februarii
flor. = florenorum
gen. = generalis
gub. = gubernator
Ian. = Ianuarii
ib. = ibidem
immed. subi. = immediate subiecta
incompat. = incompatibilis
in diac.^{tus} ord. = in diaconatus ordine (constitutus)
in pbr.^{tus} ord. = in presbyteratus ordine (constitutus)
in subdiac.^{tus} ord. = in subdiaconatus ordine (constitutus)
ind. = indultum
insign. = insignitur, insignitus
i.p.i. = in partibus infidelium
Iul. = Iulii
Iun. = Iunii
iuram. fidel. = iuramentum fidelitatis
l. c. = loco citato
lect. = lector
leg. = legatus, legatio
libr. Turonen. = librarum Turonensium
lic. = licentia, licentiatus (*vide* bacc.)
m. = mensis, mense, mensem
mag. = magister
maiest. = maiestas
Mart. = Martii
metrop. = metropolitana ecclesia
min. = minister
mon. = monasterium, moneta
nat. = natus
nomin. = nominatio, nominatur
nomin. caes. maiest. = nominatur a caesarea maiestate (*scil.* imperatore)
nomin. r. X^{mo} = nominatur a rege christianissimo (*scil.* Galliae)
nomin. r. Neapolis = nominatur a rege Neapolis
Nov. = Novembris
nunc. = nuncupatus
nunt. = nuntius
ob. = obitus, obiit
O.Camald. = Ordinis Camaldulensium
O.Carm. = Ordinis Carmelitarum
O.Carm.Discalc. = Ordinis Carmelitarum Discalceatorum
O.Carth. = Ordinis Carthusianorum
O.Cist. = Ordinis Cisterciensium
O.C.S.Aug. = Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini
Oct. = Octobris
O.E.S.Aug. = Ordinis Eremitarum S. Augustini
offic. = officium, officialis
O.F.M.Cap. = Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum
O.F.M.Conv. = Ordinis Fratrum Minorum Conventualium
O.F.M.Discalc. = Ordinis Fratrum Minorum Discalceatorum
O.F.M.Obs. = Ordinis Fratrum Minorum de Observantia
O.F.M.Recoll. = Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum
O.F.M.Ref. = Ordinis Fratrum Minorum Reformatorum
O.Merc. = Ordinis Fratrum B. Mariae de Mercede redemptionis captivorum
O.Minim. = Ordinis Minorum S. Francisci de Paula
O.P. = Ordinis Fratrum Praedicatorum
O.Praem. = Ordinis Praemonstratensis
ord. = ordo, ordinarius
O.S.B. = Ordinis S. Benedicti
O.S.Bas. = Ordinis S. Basilii Magni
O.S.Cam. = Ordinis Clericorum Regularium infirmis ministrantium *seu* S. Camilli
O.S.Hier. = Ordinis S. Hieronymi
O.S.Io.Hieros. = Ordinis Militiae S. Ioannis Bapt. hospitalis Hierosolymitani *seu* Ordinis Fratrum hospitaliorum Hieros.
O.S.M. = Ordinis Servorum Mariae
O.S.Pauli = Ordinis S. Pauli primi Eremitae
O.Theat. = Ordinis Clericorum Regularium *vulgo* Theatinorum
O.Trin. = Ordinis Sanctissimae Trinitatis de redemptione captivorum
Pal. Apost. = Palatium Apostolicum
paroec. eccl. = paroecialis ecclesia
patr. = patriarcha, patriarchatus
patriarch. = patriarchalis ecclesia
pbr. = presbyter
pens. = pensio
pers. = persona
poenit. = poenitentiarius
praeb. = praebenda
praef. = praefectus
prael. = praelatus
praep. = praepositus
praepos. = praepositura
praesent. = praesentatus, praesentatur, praesentatio
praesent. r. cath. = praesentatus a rege catholico (*scil.* Hispaniae)
praesent. r. fidel. = praesentatus a rege fidelissimo (*scil.* Portugalliae)
privil. = privilegium
proc. = procurator
prof. = professio, professor
prom. = promotus, promotio
prot. = protonotarius
protect. = protector
prov. = provisio, provisus *vel* provincia
rect. = rector
ref. = referendarius
reg. = regularis
renunt. = renuntiatio, renuntiatur
res. = resignatio, resignat
reserv. = reservatio, reservatur
resid. = residentia
respect. = respective
ret. = retentio
ret. Compat. = retentio compatibilium
s. = sanctus, sacer
S. Coll. = Sacrum Collegium (S.R.E. cardinalium)
S. Congr. Consist. = Sacra Congregatio Consistorialis
S. Congr. Ep.^{orum} et Reg. = S. Congregatio Episcoporum et Regularium
S. Congr. Prop. = S. Congregatio de Propaganda Fide
S. Rit. Congr. = Sacrorum Rituum Congregatio
scut. = scutorum
secr. = secretarius
Sed. Apost. = Sedes Apostolica
sem. = seminarium
Sept. = Septembris
S.I. = Societatis Iesu
S.R.E. = Sancta Romana Ecclesia
S.S. = Sanctitas Sua

S.^{mus} D.N. = Sanctissimus Dominus Noster
subdiac. = subdiaconus
suffrag. = suffraganeus episcopus *vel* suffraganea ecclesia, suffragatur
suffrag.^{tus} = suffraganeatus
Sum. Pont. = Summus Pontifex
supplic. = supplicatio, supplicatur
supplic. r. Polon. = supplicatur a rege Poloniae
thesaur. = thesaurarius
T.O.R. = Tertii Ordinis Regularis S. Francisci
tr. = translatio, translatus, transfertur
tt. = titulus
tit. = titularis
ultr. = ultramontanus
univ. = universitas
utr. sign. ref. = utriusque Signaturae referendarius
vac. = vacat, vacans
valor ann. fr. mens. epalis = valor annuus actualis fructuum mensae episcopalis
Vat. Lat. = codex Vaticanus Latinus Bibliothecae Apostolicae Vaticanae
vic. = vicarius
vicecancell. = vicecancellarius
viceleg. = vicelegatus
visit. = visitator
vol. = volumen

2) Abbreviationes nonnullorum decretorum Consistorialium

c. decr. ... erig. (*vel* instit.) mont. piet. = cum decreto, quod ad praescriptum Concilii Tridentini montem pietatis erigat (*vel* instituat).
c. decr. ... erig. (*vel* instit. *vel* perf.) sem. = cum decreto, quod ad praescriptum Concilii Tridentini seminarium erigat (*vel* instituat *vel* perficiat).
c. decr. ... erig. (*vel* instit.) theol. et poenit. = cum decreto, quod ad praescriptum Concilii Tridentini praebendas theologalem et poenitentialem erigat (*vel* instituat).
c. decr. ... instr. suppellect. = cum decreto, quod sacrarium suppellectilibus sacris ad divina peragenda et ad pontificalia exercenda sufficienter instruat.
c. decr. ... loco success. = cum decreto, quod facto loco successioni dicta ecclesia (*scil.* ecclesia titularis) ipso iure vacet et vacare conseatur.
c. decr. ... prof. fidei (*vel* ante cons.) = cum decreto, quod antequam possessionem dictae ecclesiae adipiscatur (*vel* quod ante consecrationem), teneatur professionem fidei denuo emittere, et instrumentum illius quamprimum ad Curiam Romanam transmittere.
c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel. = *ut supra, sed legas*: professionem fidei et iuramentum fidelitatis.
c. decr. ... provid. sem. = c. decreto, quod seminario provideat pro alendis alumnis.
c. decr. ... repar. (*vel* constr., perfect., reaedif.) cathedr. (*vel* metrop.) = cum decreto, quod ecclesiae cathedralis (*vel* metropolitanae) reparationi (*vel* constructioni, perfectioni, reaedificationi) pro viribus incumbat.
c. decr. ... repar. (*vel* constr., perfect., reaedif.) dom. epalis (*vel* archiepalis) = cum decreto, quod domus episcopalis (*vel* archiepiscopalis) reparationi (*vel* constructioni, perfectioni, reaedificationi) pro viribus incumbat.
c. ... decr. vac. mon. NN. (*vel* can.^{tus} *vel* omnia benef. = cum decreto, quod per huiusmodi provisionem (*vel* promotionem, translationem, concessionem) monasterium NN. (*vel* can.^{tus} *vel* omnia beneficia) eo ipso vace(n)t, et vacare censea(n)tur.
c. disp. ... aet. = cum dispensatione super eo, quod ad aetatem canonicam (*scil.* 30 annorum completorum) nondum pervenerit.
c. disp. ... gradus = cum dispensatione super eo, quod nullo gradu doctoratus polleat.
c. disp. ... pbr.^{tus} ord. = cum dispensatione super eo, quod non sit in sacro presbyteratus ordine ante sex menses constitutus.
c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. (*vel* 2 abb., *vel* 2 pbr.) = cum indulto suscipiendi consecrationem ab unico antistite earum regionum, assistentibus duobus dignitatem ecclesiasticam obtinentibus (*vel* assistentibus duobus abbatibus, *vel* duobus presbyteris).
c. ind. ... non resid. = cum indulto, quod ad dictam ecclesiam (*scil.* ecclesiam titularem) donec ab infidelibus detineatur, accedere et apud illam personaliter residere minime teneatur.
c. reserv. pens. NN. pro pers. nominanda (*vel* nominandis) = cum reservatione pensionis (*seu* pensionum) NN. pro persona nominanda (*vel* personis nominandis).
deput. coadi. c.f.s. NN. = deputatur in coadiutorem cum futura successione episcopo NN. seni et valetudinario, ac ipsomet episcopo petente.
deput. suffrag. NN. ad pontif. = deputatur in suffraganeum, *scil.* auxiliarem, episcopo NN. ad exercenda pontificalia de licentia eiusdem episcopi in civitate et dioecesi praedicti episcopi.
iniungitur ... extens. regaliae = iniungitur, quod memor sanctionis Oecumenici Concilii Lugdunensis se abstinere debeat a quocumque acto, ex quo tacite vel expresse inferri possit approbatio extensionis regaliae.
non exced. ... 3^{am} fr. = ut omnes pensiones, etiam antiquae, insimul non excedant tertiam partem fructuum.
suspenso ... ad obitum = suspenso tamen effectu vacationis respectu compatibilium usque ad sui obitum.

3) Sigla et abbreviationes fontium in Tabulario Vaticano existentium

AC = Acta Camerari Sacri Collegii S.R.E. Cardinalium[1])
A. Cons. = Acta S. Congregationis Consistorialis
Arch. Caer. = Archivum Praefecturae Caeremoniarum Apostolicarum[2])

[1]) Pro *Actis Camerarii* a vol. 49 (a. 1800-1803) et deinceps, cum nondum habeatur moderna foliorum numeratio, antiquior manuscripta numeratio in hoc «Hierarchiae» tomo adhibetur.

[2]) Opusculum secuti Gr. Palmieri, O.S.B., *Brevis notitia et catalogus Archivi Sacrae Congregationis Caeremonialis* (Romae 1893), nos quoque in praecedenti volumine quinto «Hierarchiae Catholicae» archi-

Bullae consist. = Bullae consistoriales Benedicti PP. XIV
Cardinali = Lettere di Cardinali
Collezioni = Collezioni di Bolle e Brevi Apostolici
Collezioni Risol. = Collezioni di Risoluzioni Ecclesiastiche
Colonia = Archivio della Nunziatura di Colonia
Cons. = Consistoria [3])
Ep. ad Princ. = Epistulae ad Principes
Ep. Reg. = Epistulae Regiae
Gallia mod. = Gallia moderna
Iuramenta = Iuramenta Fidelitatis ac Professiones Fidei
Lisbona = Archivio della Nunziatura di Lisbona
Lucerna = Archivio della Nunziatura di Lucerna
Madrid = Archivio della Nunziatura di Madrid
Particolari = Lettere di Particolari
P. Cons. = Processus Consistoriales
P. Dat. = Processus Archivi Datariae Apostolicae [4])
S. Br. = Secretaria Brevium Apostolicorum
Scrittore S. = Archivio dello Scrittore Segreto
Tit. = Episcopatus, Tituli, Diaconiae aliaque officia ad Em.os S.R.E. Cardinales spectantia
Vescovi = Lettere di Vescovi e Prelati
Vescovi ep. Napol. = Lettere di Vescovi e Prelati epoca Napoleonica
Vienna, Proc. = Archivio della Nunziatura di Vienna, Processi

vum hoc denominavimus: «*Archivum S. Congregationis Caeremonialis*». Notandum enim est, usque ad finem saeculi elapsi, primum Magistrum Caeremoniarum seu Praefectum Magistrorum Caeremoniarum simul Secretarium S. Congregationis Caeremonialis fuisse. Qua de causa unicum exstabat archivum tum pro S. Congregatione Caeremoniali tum pro Magistris Caeremoniarum, cui proinde duo erant nomina, quorum prius «*Archivum S. Congregationis Caeremonialis*», alterum «*Archivum Magistrorum Caeremoniarum*» audiebat. Cum autem ineunte praesenti saeculo officium Praefecti Magistrorum Caeremoniarum et officium Secretarii S. Congregationis Caeremonialis duabus distinctis personis collata fuerint, antiquum archivum supra citatum integrum mansit sub custodia Magistrorum Caeremoniarum, nova tamen invecta denominatione «*Archivum Praefecturae Caeremoniarum Apostolicarum*».

[3]) Ob peculiares rationes in praecedenti tomo quinto nostrae «Hierarchiae» huiusmodi fontem designavimus nomine «*Consistoria Secreta*». Cum autem post tomum illum publici iuris factum exstare comperimus in sic dicto fundo consistoriali Tabularii Vaticani alterum specialem fontem cui nomen «*Consistoria Secreta*», ad quamcumque confusionem vitandam designamus nunc solo nomine «*Consistoria*» eum fontem quem in quinto volumine «*Consistoria Secreta*» vocavimus.

[4]) Cf. R. Ritzler, O.F.M.Conv., *Bischöfliche Informativprozesse im Archiv der Datarie*: Römische Quartalschrift 50 (1955) 95-101, et *Procesos informativos de los obispos de España y sus dominios en el Archivo Vaticano*: Anthologica Annua 4, 1956, 465-498, praesertim 477-485.

4) Abbreviationes operum quae saepius citantur

Almeida = F. de Almeida, História da Igreja em Portugal. Vol. I-IV (Coímbra 1910-1924).
Analecta O.Carm.Discalc. = Analecta Ordinis Carmelitarum Discalceatorum.
Annuaire Pont. = Annuaire pontifical catholique. (Paris 1898 ss.).
Arch. Franc. Hist. = Archivum Franciscanum Historicum.
Baudrand = M. A. Baudrand, Geographia ordine litterarum disposita. Vol. I-II (Parisiis 1682, 1681).
Baunard = L'Épiscopat français depuis le Concordat jusqu'à la Séparation (1802-1905). Ouvrage publié sous la direction de la Société bibliographique. Introduction par M[gr] Baunard (Paris 1907).
Binterim = A. J. Binterim, Suffraganei Colonienses extraordinarii (Moguntiae 1843).
Biogr. Belg. = Biographie nationale. Publiée par l'Académie royale de Belgique. Tom. 1-28 (Bruxelles 1866-1944).
Brady = W. M. Brady, The Episcopal Succession in England, Scotland and Ireland. Vol. I-III (Rome 1876, 1877).
Capialbi = V. Capialbi, La continuazione dell'Italia Sacra dell'Ughelli per i Vescovadi di Calabria (Napoli 1913). Estratto dall'Archivio Storico della Calabria 1(1912)-4(1916).
Cappelletti = G. Cappelletti, Le Chiese d'Italia. Vol. 1-21 (Venezia 1844-1870).
Cath. Enc. = The Catholic Encyclopedia. Vol. I-XVI (New York 1907-1914). Supplement. Vol. I-III (New York 1917-1922).
C(h)racas = Notizie per l'anno 1716 ss. (Roma 1716 ss. Nella stamperia di ... Chracas).
Commentarium O.F.M.Conv. = Commentarium Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium.
Diario = Diario di Roma. Num. 1 ss. (Roma 5 Agosto 1716 ss. Nella stamperia di ... Chracas).
Dict. Hist. Géogr. = Dictionnaire d'histoire et de géographie ecclésiastiques. Tom. I- (Paris 1912-).
Enc. Catt. = Enciclopedia Cattolica. Vol. I-XII (Città del Vaticano 1948-1954).
España Sagrada 51 = V. de la Fuente, España Sagrada 51. De los Obispos españoles titulares de Iglesias in partibus infidelium (Madrid 1879).
Farlati = D. Farlati, S.I. et [a vol. VI] J. Coleti, Illyricum Sacrum. Tom. I-VIII (Venetiis 1751-1819).
Forcella = V. Forcella, Iscrizioni delle chiese e d'altri edificii di Roma. Vol. 1-14 (Roma 1869-1884).
Galletti Vat. Lat. 7900 = P. A. Galletti, Necrologium episcoporum ab an. 981 ad 1777. Codex Vaticanus Latinus 7900.
Gallia Christ. Nov. = J.-H. Albanès et U. Chevalier, Gallia Christiana Novissima. Vol. I-VII (Montbéliard, Valence 1899-1920).
Gams = P. B. Gams, O.S.B., Series Episcoporum Ecclesiae Catholicae (Ratisbonae 1873).
Hierarchia = C. Eubel, O.F.M.Conv., G. van Gulik, L. Schmitz-Kallenberg, P. Gauchat, O.F.M.Conv., R. Ritzler et P. Sefrin, O.F.M.Conv., Hierarchia Catholica medii et recentioris aevi. Vol. I-V (Monasterii [2]1913, [2]1914, [2]1923, 1935, Patavii 1952).
Jean = A. Jean, S.I., Les évêques et archevêques de France. Continuation et correction de la Gallia Christiana de 1682 à 1801 (Paris 1891).
Index Sed. tit. = [A. Mercati], Index Sedium titularium Archiepiscopalium et Episcopalium (Romae 1933).
Lexicon Cap. = Lexicon Capuccinum (Romae 1951).
L.Th.K. = Lexikon für Theologie und Kirche. Bd. I-X (Freiburg i. Br. 1930-1938).
Metzler = J. Metzler, S.I., Die Apostolischen Vikariate des Nordens (Paderborn 1919).

Miraeus = A. Miraeus, Notitia Episcopatuum Orbis Christiani (Antverpiae 1613).

Moroni = G. Moroni, Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica. Vol. 1-103 (Venezia 1840-1861). Indici. Vol. 1-6 (Venezia 1878-1879).

Nazareth = C. Chr. de Nazareth, Mitras lusitanas no Oriente. Tom. II (Lisboa ²1913).

Oriens Christ. = M. Le Quien, O.P., Oriens Christianus. Vol. I-III (Parisiis 1740).

Orientalia Christ. = Orientalia Christiana.

Paquay = J. Paquay, Les préconisations des évêques des provinces belges au Consistoire (1559-1853) d'après les archives de la Consistoriale rattachées aux Archives Vaticanes (Lummen 1930).

Pérez = P. N. Pérez, O.Merc., Los Obispos de la Orden de la Merced en América (Santiago de Chile 1927).

Powicke = F. M. Powicke, Handbook of British Chronology (London 1939).

Premoli = O. M. Premoli, Congr.Barn., Storia dei Barnabiti dal 1700 al 1825 (Roma 1925).

Steinhuber = A. Steinhuber, S.I., Geschichte des Kollegium Germanikum Hungarikum in Rom. Bd. I-II (Freiburg i. Br. ²1906).

Szostkiewicz = Z. Szostkiewicz, Katalog Biskupów (Rzym 1954).

Veress = A. Veress, Matricula et acta alumnorum Collegii Germanici et Hungarici ex regno Hungariae oriundorum = Fontes rerum Hungaricarum. Tom. II (Budapest 1917).

Wurzbach = C. von Wurzbach, Biographisches Lexikon des Kaisertums Österreich. Pars 1-60 (Wien 1857-1891).

HIERARCHIA CATHOLICA
MEDII ET RECENTIORIS AEVI

VOLUMEN VI

1730 - 1799

LIBER PRIMUS

DE SUMMIS PONTIFICIBUS

ET

S. R. E. CARDINALIBUS

Pars prima

in qua Summi Pontifices et ab ipsis creati S. R. E. Cardinales chronologico enumerantur ordine

I. Clemens XII

Antea Laurentius Corsinus, ep Tusculan.,[1]) electus 12 Iul. 1730,[2]) coronatus 16 Iul. 1730,[3]) † 6 Febr. 1740.[4])

[1]) 17 Maii 1706 creatus est pbr. card. (cf. Hierarchia V, S.R.E. card. VI, 5).

[2]) Novendialibus exequiis pro anima fel. rec. Benedicti PP. XIII peractis, 5 Mart. 1730 em. card.[les] numero 22 se adunarunt in choro bas. S. Petri et interfuerunt missae de Spiritu Sancto ab em. Barberino S. Coll. pro-decano cantatae. Post missam R.P.D. Iacobus Amadori iam de Lanfredinis, utr. sign. ref., orationem habuit de eligendo Summo Pont. Qua expleta card.[les] hymnum «Veni Creator Spiritus» cantantes ad capellam Paulinam ascenderunt, ubi iuraverunt bullas circa electionem Summi Pont. Expletis omnibus card.[les] ad proprias cellas se contulerunt et nonnulli ad propria palatia, postea ad conclave reversuri. Hora autem 22 card.[les] ad capellam Sixtinam venerunt et exceperunt solitum fidelitatis iuramentum a maresciallo conclavis et ab aliis officialibus. Hora vero 3 noctis exclusis omnibus, qui remanere non debuerunt, clausae sunt portae conclavis. 6 Mart. hora 21 omnes conclavistae iuramentum in capella Sixtina praestiterunt. 8 Mart. absoluto scrutinio serotino ingressi sunt conclave card.[les] Imperialis et Carafa. 9 Mart. post scrutinium vespertinum ingressus est card. de Lambertinis. 11 Mart. post scrutinium serotinum ingressi sunt card.[les] Spinula (= S. Agnetis) et de Marinis. 12 Mart. post scrutinium matutinum ingressus est card. Bentivolus, post scrutinium vespertinum eiusdem diei ingressi sunt card.[les] Accorambonus et Oliverius. 13 Mart. absoluto scrutinio serotino ingressi sunt card.[les] de Via et Alberonus. 15 Mart. post scrutinium vespertinum ingressi sunt card.[les] Picus et Iudice. 21 Mart., attentis votis numero 18 in scrutinio vespertino antecedentis diei favore card. Imperialis datis, card. Bentivolus, qui negotia regis Hispaniae gerebat, ostendebat litteras, in quibus nomine dicti regis expressa fuit exclusio em.[i] Imperialis. 22 Mart. nuntius venit mortis card. Pamphili circa horam 17 eiusdem diei extra conclave secutae; post scrutinium vespertinum 22 Mart. aperta porta conclavis introductus est card. Rufus. 30 Mart. post scrutinium serotinum ingressus est card. Boncompagnus. 31 Mart. absoluto scrutinio vespertino ingressi sunt card.[les] Thiard de Bissy et de Sinzendorf. 1 Apr. post scrutinium serotinum ingressus est conclave card. de Kollonitsch, qui vespere diei praecedentis Urbem ingressus erat. 3 Apr. absoluto scrutinio vespertino introductus est in conclave card. de Althan. 4 Apr. post scrutinium matutinum ingressus est card. Coscia. 6 Apr. absoluto scrutinio serotino ingressus est card. Odescalchus. 8 Apr. post scrutinium vespertinum ingressi sunt card.[les] de Rohan et Borromaeus. 20 Apr. post scrutinium serotinum ingressus est card. de Schönborn. 23 Apr. hora 13 apoplectico ictu in conclavi oppressus card. de Comitibus poenitentiarius maior munitus sacramento extremae unctionis placida agonia exspiravit hora 17 c. dimidio; hora prima noctis cadaver card. defuncti e capella Paulina ad portam conclavis concomitantibus card.[bus] transportatum est. 24 Apr. ante scrutinium matutinum praestito solito iuramento exivit e conclavi c. suis conclavistis card. Porzia, qui absoluto scrutinio 29 Apr. rediit in conclave. 26 Apr. electus est propoenitentiarius maior card. Petra loco defuncti card. de Comitibus poenitentiarii; post scrutinium vespertinum eiusdem diei ingressus est conclave card. Pignatellus decanus. In scrutinio matutino 15 Maii card. Corsinus habuit 27 vota. 22 Maii post scrutinium vespertinum ingressus est card. Caracciolus. 4 Iun. ante scrutinium vespertinum praestito solito iuramento exivit c. suis conclavistis card. Cybo infirmus. In scrutinio vespertino 7 Iun. card. de Via habuit 29 et card. Corradinus 21 vota et card.[les] fautores em.[i] de Via iam crediderunt electionem Summi Pont. esse proximam; sed exitus fuit diversus. 9 Iun. ante scrutinium matutinum e conclavi exivit card. Rufus infirmus c. suis conclavistis. In scrutinio matutino 17 Iun. card. Corradinus habuit 30 vota. 21 Iun. post scrutinium matutinum exivit c. suis conclavistis card. Porzia infirmus, qui 11 Iul. reversus est. 1 Iul. ante scrutinium vespertinum eductus est card. de Schönborn infirmus c. suis conclavistis. 10 Iul. post scrutinium vespertinum egressi sunt e conclavi card.[les] Rufus et Cybo, qui sequenti die 11 Iul. ante scrutinium matutinum regressi sunt. 142 decurrebant dies, quibus viduata pastore Ecclesia languebat, et die 12 Iul. 1730 fletus in exsultationem et gaudium commutatus est; nam divino afflante Spiritu Patribus in comitiis detentis, quem elegerit Deus, ostensum est; et repente card.[les] in unum convenerunt, em. nempe card.[lem] Laurentium Corsinum ep. Tusculan.; ideoque de mane hora circiter 15 dicti diei 12 Iul. in scrutinio recollectis et perlectis schedulis cuncta vota visa fuerunt in numero 53 suffragiorum, quotquot erant purpurati; ipse autem card. Corsinus votum dedit card. Pignatello decano; et praefatus em. Corsinus in Sum. Pont. electus assumpsit sibi nomen Clementis XII. Neoelectus usuali indutus habitu ad oboedientiam card.[les] excepit, et card. de Alteriis, primus diac.[orum], in lodia consueta novi Pont. electionem promulgavit. Circa horam 19 Pontifex admisit ad audientiam regem et reginam Magnae Britanniae. Vespere Sum. Pont. in capella Sixtina sacris amictus vestibus card.[les] omnes ad pedis et manus osculum et amplexum excepit. His expletis praecedentibus interim cantoribus capellae, qui in aula regia canere coeperunt «Ecce Sacerdos Magnus» et successive sequentibus card.[bus] binis ac binis, et supra sellam gestatoriam per scalam Constantiniam ad bas. Vaticanam vectus est, adstante innumerabili populo voces plausus et iubilationis proferente, usque ad altare S.[mi] Sacramenti, ubi in genuflexorio preces effudit. Omnibus expletis ad altare cathedrae eodem processionali ritu sella denuo compositus se Pontifex contulit, supra cuius pradellam apposito scabello sedit supra mensam altaris. Tunc em. Pignatellus decanus intonuit hymnum «Te Deum», quem cantores prosecuti sunt, donec singuli card.[les] tertiam oboedientiam explevissent eodem servato ritu ut in capella Sixtina. Post haec Pontifex sumpta mitra a mensa descendens stans versus populum solemnem benedictionem elargitus est; indeque card.[les] dimisit, se contulit ad cubiculum paramentorum prope altare constructum, ubi sacris exutis vestibus sella clausa ad mansiones

pontificias delatus est (Ex diariis *Ignatii Reali in ipso conclavi caeremoniarum magistri*, Arch. Caer. 591 p. 537-590).

Card.les, qui interfuerunt conclavi 12 *Iul.* 1730, *fuerunt sequentes*: *ep.i*: Pignatellus, Barberinus, Boncompagnus, Otthobonus, Corsinus, Rufus; *pbr.i*: Imperialis, Albanus (= S. Clementis), Picus de Mirandula, de Via, Zondadarius, Corradinus, de Rohan de Soubise, de Urighis, de Polignac, Odescalchus Herba, Thiard de Bissy, Caracciolus, Spinula, Borromaeus, Alberonus, Spinula (= S. Agnetis), Bentivolus, Belluga y Moncada, de Althan, Cienfuegos, de Alteriis (= S. Matthaei), Petra, Marefuscus, Coscia, Quirinus, Lercarius, de Lambertinis, Finy, de Kollonitsch, de Sinzendorf, Gotti, Porzia, Carafa, Accorambonus, Cybo, Burghesius, Ferrerius, Salviatus; *diac.i*: Alterius, Columna, Oliverius, de Marinis, Albanus, Falconerius, Iudice, Bancherius, Collicola. *Card.les, qui non interfuerunt conclavi, fuerunt sequentes*: Cusanus, da Cunha e Ataíde, de Schrattenbach, Csáky, Borja y Centellas Ponce de León, Potier de Gesvres, de Alsatia de Boussu, Pereira de Lacerda, de Fleury, de Astorga y Céspedes, da Motta e Silva. *Card.les mortui sede vacante*: Pamphilius, de Comitibus (Arch. Caer. 579 p. 250; 570 sine p.).

3) Dominica 16 Iul. 1730 Clemens PP. XII in patriarchali bas. S. Petri in Vaticano solemni ritu thiara coronatus est (Arch. Caer. 570 p. 1-10; 592 p. 5-10).

4) Post longam aegritudinem (Arch. Caer. 577 f. 116-158') Clemens PP. XII vi morbi pleuretidetici correptus occubuit in Pal. Apost. Quirinali hora 15¾ diei Sabbati 6 Febr. 1740, an. agens 87 et m. 10; sedit in Petri Cathedra 9 an., 6 m. ac 25 d.: e Corsinorum nobili gente Florentina ortus, etsi natus in Gallia, dum pater eius apud regem oratoris munere fungebatur pro magno Hetruriae duce. Mors tanti Pontificis moerore toti Urbi fuit, omnium enim animos tam civium quam advenarum sibi devinxerat comitate, providentia, liberalitate, ceterarumque virtutum eximietate. Pronus namque ac facilis erat in auscultando cuiuslibet clamores vel preces: expeditus in sublevandis oppressis; mitis in mulctandis criminibus: tardus ad iram: constans in iuribus Ecclesiae defendendis, amator pacis, custos veritatis. Animam suam eo tempore emisit, quo sacerdos intra eius cubiculum celebrans sacratam hostiam populo adorandam, ingentique Patri acceptandam exhibebat. Cubicubi S.tis S. praef., R.P.D. Reali primus inter caeremoniarios, aliique plures tum familiares tum exteri necnon card.les Palatini c. em. Guadagni adstantes erant. Hora 21 c. dimidio Hannibal card. Albanus camer. S.R.E. ad Pal. Quirinale venit ad recognoscendum cadaver Pontificis defuncti. Lazarus Pallavicinus archiep. Thebarum, S.tis S. Cubiculi praef., tradidit anulum piscatoris card.li camerario, qui eum exhibere debet S. Coll.o in prima gen. congregatione. Cubiculum, in quo Papa occubuerat, ab illius ultimo habitu nunquam deseruerunt PP. Soc. Iesu Vaticanae bas. poenitentiarii, defuncti custodientes corpus, et pro eius anima voce submissa deprecantes. Mane autem facto cadaver exenteratum aromatibus conditum, indutum quotidianis suis vestibus in camera, quae a celebri pictura eximii viri Caroli Maratti inibi asservata, de Maratta vocitatur, expositum est. Circa primam noctis horam a Quirinali ad Vaticanum Pal. usitata forma deductum est in capellam Sixtinam. 8 Febr. habita est prima congregatio gen. in aula paramentorum Pal. Vaticani, in qua completo iuramento card.lium R.P.D. Reali accepit ab em. S. Clementis S.R.E. camerario anulum piscatoris, quem postquam card.bus singillatim ostenderat, fregit c. scalpro ac malleo supra asserem parvam locatam in gradu marmoreo fenestrae, fractumque detulit in gyrum rursus conspiciendum iisdem card.bus Absoluta congregatione processionali ordine c. toto capitulo et clero bas. Vaticanae, corpus Pontificis in bas. delatum est, subsequentibus binis et binis post feretrum card.bus Intra eccl. capulus depositus est in medio navis et Ioachim Ferdinandus Portocarrero patr. Antiochen. bas. Vaticanae vicarius circa cadaver absolutionem fecit. Post orationem can.i eo, quo descenderant ordine, Papae corpus intra capellam S.mi Sacramenti asportaverunt, illudque in ea ita locarunt, ut extendens extra ferreos cancellos pedum extremitates frequenti ac devoto populo esset exosculari. 9 Febr. hora 15 c. dimidio apud S. Petri bas. in can.orum choro celebrata est prima missa pro novendialibus exequiis Summi Pont.; cecinit card. Rufus ep. Portuen., S. Coll. sub-decan., adstantibus 27 card.bus 10 Febr., feria quarta, vespere autem facto, cum sepulturae demandandum esset corpus Summi Pont. card.les creaturae defuncti Pont. necnon em. Finy convenerunt in sacrarium bas. Vaticanae exspectantes, ut a sacello Sacramenti, in quo expositum erat, efferretur in alterum chori: quod actum est. Ubi deventum est in chorum, locatus est capulus in medio eius. Tunc patr. Antiochen. ritum benedictionis fecit. Postea duplex capsa, in qua iacebat corpus Pontificis, clausa est. Post haec discedentibus card.bus capsae ab operariis delatae sunt extra capellam et evectae in loculamentum, quod extat super ianuam, quae ad cantorum odeum ducit; ubi muro undique circumdatae remanebunt in forma depositi, donec post annum a die obitus Pontificis computandum placuerit heredibus illius corpus asportare in sarcophagum porphyreticum iamdiu e templo (olim a Marco Agrippa aedificato, et a Bonifacio IV Deo in honorem Omnium Sanctorum consecrato), quod vulgus vocitat »La Rotonda« sublatum, et apud bas. Lateranen. in divi Andreae Corsini sacello expensis Papae constructo atque dotato, ad hoc locatum (Arch. Caer. 577 f. 158'-163; 612 p. 7-68; 586 sine f.). 27 Iul. 1742 de sero habita est privata translatio corporis s. mem. Clementis PP. XII a bas. Vaticana ad bas. Lateranen. iuxta eiusdem s. mem. desideria. Capsula exterior sequentem inscriptionem habuit: Ossa s. mem. Clementis XII e Vaticana basilica ad Lateranensem translata Nerius card. Corsinus fratris filius praeelecto in gentilitia capella tumulo recondi curavit die 27 mensis Iulii anni 1742 (Arch. Caer. 593 p. 608-614).

Quaedam adnotationes praesertim ex actis consist. depromptae: In primo consist. secreto 24 Iul. 1730 habito Clemens PP. XII gratias egit card.bus de sua ad summum pontificatus apicem assumptione (AC 30 f. 13-14). In consist. secreto 11 Sept. 1730 habito S.mus D.N. iubilaeum universale ad implorandum divinum auxilium initio sui pontificatus pro salutari S. Eccl.ae regimine indixit (l. c. f. 29'). Dominica 19 Nov. 1730 S.S. post solemnem equitationem possessionem accepit bas. Lateranen. (Arch. Caer. 570 p. 84-89; 592 p. 42 ss.; Diario 2077 p. 2-41). In consist. secreto 8 Ian. 1731 habito S.S. allocutionem habuit de effectibus, quos habuerunt concessiones secretaeque conventiones inter fel. rec. Benedictum PP. XIII et Victorium Amadeum, Sardiniae regem, contra iura Eccl.ae et Apost. Sedis; et exegit sententiam card.lium scripto intra 15 proximos dies de hac re (AC 30 f. 68-77'). In consist. secreto 22 Ian. 1731 habito S.S. allocutionem fecit et decrevit, ut in posterum advocati consist. non connumerentur in collegio per successionem, sed qui electi fuerint, debeant examinari a pleno auditorio Rotae (l. c. f. 81-82'). In consist. secreto 12 Febr. 1731 S.S. verba fecit super occupatione Parmae et Placentiae a caesareis militibus facta post obitum Antonii ultimi ducis (l. c. f. 86'-88'; Cons. 1730/1731 f. 293-294'). Post consist. secretum 5 Mart. 1731 habitum Theodorus Armandus baro de Schade, eques Hierosolymitan., orator extraord. magni magistri Hierosolymitan. consueto ritu oboedientiam praestitit (AC 30 f. 93-98'). In constit. secreto 21 Maii 1731 habito S.S. allocuta est card.les de eventuali caesarea investitura Parmae et Placentiae; sequebatur protestatio nomine S. Sedis et Cam. Apost., emissa per proc. fiscalem gen. (l. c. ff. 129'-131, 131-142). In consist. secreto 6 Aug. 1731 habito S.S. orationem habuit super controversiis Sabaudiae; promulgebatur decr. super rebus illas concernentibus (l. c. ff. 153-155, 159'-161). In consist. secreto 24 Sept. 1731 habito S.S. verba fecit de eis, quae fecit ad conservanda iura post obitum Antonii ducis Parmen. et Placentin. (l. c. f. 169'-171). In consist. secreto 19 Nov. 1731 habito S.S. verba habuit super concordia controversiarum c. rege Portugalliae (Cons. 1731/1732 f. 84). In consist. secreto 31 Mart. 1732 habito S.mus D.N. allocutionem habuit super rebus Parmae et Placentiae, et abrogatione eorum, quae contra S. Sedem sunt gesta (AC 30 f. 204-205). In consist. secreto 21 Iul. 1732 habito S.S. verba fecit super conversione haereticorum Saxoniae et condonatione bonorum ecclesiasticorum iisdem conversis (l. c. ff. 224-224', 225-228). In consist. secreto 11 Aug. 1732 habito S.mus D.N. allocutionem habuit de recuperatione arcis Orani et victoria regis Hispaniae (l. c. f. 232-233). In consist. secreto 17 Nov. 1732 S.S. verba fecit de morte Victorii Amadei, regis Sardiniae (l. c. f. 243'-244). 23 Nov. 1732 apud S. Petrum peracta sunt solemnia beatificationis ven. Catharinae de' Ricci O.P. (Arch. Caer. 577 f. 45-45'; 592 p. 149-151; Diario 2392 p. 2-8). In consist. secreto 19 Ian. 1733 lectum est decr. consist., in quo consulendo indemnitate iurium et emolumentorum S.i Coll. et Cancellariae Apost. praescribitur, quid servari debeat in expeditionibus eccl.arum et benef.orum in libris Cam. Apost. taxatorum, necnon pens.um super eisdem impositarum (AC 30 f. 258-259). In consist. secreto 13 Apr. 1733 habito S.S. significavit card.bus obitum Friderici Augusti, regis Poloniae et ducis Saxoniae, ac pro eodem Sacrum in pontif. sacello habendum die indicenda denuntiavit (l. c. f. 271'-272'). 9 Maii 1733 lata et publicata est sententia Clementis PP. XII in causa Nicolai card. Coscia (l. c. f. 278-285). In consist. secreto 11 Maii 1733 habito per secr. litt. ad principes perlecta est nomine Summi Pont. allocutio ad card.les, in qua dolorem S.tis S. exposuit circa ea contra card. Coscia exercita, causas potiores assignando significavit (l. c. f. 276-277'). In consist. secreto 28 Sept. 1733 habito lectum est decr. consist., quo confirmatur concordia inita inter participantes quindenniorum et congr. S. Benedicti Vallisoleti Hispaniarum (l. c. f. 296-297'). In consist. secreto 27 Iun. 1735 habito S.S. allocutionem habuit de filio iniquitatis Ioanne Carolo ep. S. Papuli (AC 31 f. 58'-60). In consist. secreto 11 Apr. 1736 S.mus D.N. verba fecit circa statum quaestionis in ducatu Parmen. et Placentin. post mortem Antonii Farnesii ducis Parmen. et Placentin., et circa ea quae facta sunt ad defendenda iura apost. supremi dominii (l. c. f. 91'-94). In consist. secreto 26 Sept. 1736 habito S.S. significavit card.bus quae gesta sunt pro regno Poloniae, quoad epistolas et brevia demandata, necnon de constitutione contra orthodoxos iam diu emanata nunc ope et potestate regis erepta (l. c. f. 97'-99). In consist. secreto 6 Maii 1737 S.S. exquisivit vota card.lium super relationibus in consist. habitis vitae et miraculorum

S.R.E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione 14 Aug. 1730 habita.*[5])

b) *in secunda promotione 2 Oct. 1730 habita.*[6])

1. **Alexander Aldobrandinus** (Aldobrandini),[7]) Florentin., archiep. Rhodien. i.p.i., nunt. apost. apud regem cath. = tt. SS. IV Coronatorum 3 Sept. 1731, † 14 Aug. 1734.[8])
2. **Hieronymus Grimaldus** (Grimaldi),[9]) Ianuen., archiep. Edessen. i.p.i. = tt. S. Balbinae 3 Sept. 1731, † 18 Nov. 1733.[10])
3. **Bartholomaeus Massaeus** (Massei),[11]) de Monte Politiano, archiep. Athenien. i.p.i., nunt. apost. apud regem Xmum, = tt. S. Augustini 8 Ian. 1731, † 20 Nov. 1745.[12])
4. **Bartholomaeus Ruspulus** (Ruspoli),[13]) Roman., prot. apost. et S. Congr. Prop. a secretis = tt. SS. Cosmae et Damiani 22 Nov. 1730, † 21 Maii 1741.[14])

in pectore reservatus 14 Aug. ac 2 Oct. 1730
et declaratus 11 Dec. 1730.[15])

5. **Nereus Maria Corsinus** (Corsini),[16]) Florentin., prot. apost. et a secretis libellorum supplicum, Clementis PP. XII ex germano fratre nepos = tt. S. Adriani 8 Ian. 1731, tr. ad tt. S. Eustachii 6 Maii 1737, † 6 Dec. 1770.[17])

BB. Vincentii a Paulo, Congr. Missionum fundatoris, Ioannis Francisci Régis S.I., Iulianae Falconieri O.S.M., Catharinae Fliscae Adurnae [vel Ianuen.] (l. c. f. 113'); 16 Maii 1737 habitum est consist. publicum pro proxima futura canonizatione BB. Vincentii a Paulo necnon Ioannis Francisci Régis (l. c. f. 118-119'). 23 Maii 1737 habitum est publicum consist. pro futura canonizatione BB. Iulianae Falconieri et Catharinae Fliscae Adurnae [vel. Ianuen.] (l. c. f. 120-121). 7 Iun. 1737 fuit consist. semipublicum pro suffragiis recipiendis super canonizatione BB. Vincentii a Paulo et Ioannis Francisci Régis (l. c. f. 122-126). 12 Iun. 1737 fuit consist. semipublicum pro suffragiis recipiendis super canonizatione BB. Iulianae Falconieri et Catharinae Fliscae (l. c. f. 126'-129'). 16 Iun. 1737 S.S. in bas. Lateranen. in Sanctorum cathalogo aggregavit BB. Vincentium a Paulo, Ioannem Franciscum Régis, Iulianam Falconieri et Catharinam Fliscam Adurnam [vel Ianuen.] (l. c. f. 131-132'; Arch. Caer. 592 p. 483-498). 22 Iun. 1737 in bas. Lateranen. solemnis peracta est beatificatio servi Dei Iosephi a Leonessa O.F.M.Cap. (Arch. Caer. 577 f. 84; 592 pp. 498-499, 501). In consist. secreto 5 Maii 1738 S.S. card.les allocuta est super gravissimo negotio tradendi investituram regni utriusque Siciliae, qua de causa pro re tanti momenti probanda commissionem deputavit, ut in proxima futura congr.e gen. vota card.lium referret (AC 31 f. 163'-164'). 7 Maii 1738 intimatis per syngrapham secretariae Status card.bus in ordine prioribus necnon card.li camerario et ministris S.i Coll. coacta est congr. in Pal. Quirinali ad examinandum mandatum procuratoris Caroli Borbonii Hispaniarum Infantis, et admittendum esse censuit (l. c. f. 165'-166). 9 Maii 1738 fuit congr. gen. totius S. Coll., in qua S.mus D.N. excepit vota circa investituram utriusque Siciliae card.lium, qui unanimiter censuerunt concedendam esse dictam investituram Carolo Borbonio Infanti Hispaniarum (l. c. f. 166'-167'). 12 Maii 1738 fuit congr. gen. totius S. Coll., in qua S.S. concessit dictam investituram (l. c. f. 168-174). 30 Sept. 1739 S.mus D.N. in lecto stratus iacens consist. secretum habuit (l. c. f. 228'-232). 16 Nov. 1739 Sum. Pont. rocchetto, mozzetta et stola amictus lecto sedens, consist. habuit (l. c. f. 234-237').

[5]) In consist. secreto 14 Aug. 1730 habito S.mus D.N. creavit unum S.R.E. card., quem in pectore reservavit arbitrio suo quandocumque et qualitercumque declarandum (AC 30 f. 24').

[6]) In consist. secreto 2 Oct. 1730 habito S.mus D.N. creavit et declaravit S.R.E. *pbr.os* et respect. *diac.um* card.les: Alexandrum Aldobrandinum archiep. Rhodien., Hieronymum Grimaldum archiep. Edessen., Bartholomaeum Massaeum archiep. Athenien., Bartholomaeum Ruspulum, prot. apost. et S. Congr. Prop. a secretis, alterum vero, quem in consist. secreto 14 Aug. habito in pectore reservavit, iustis de causis iterum reservavit arbitrio suo quandocumque publicandum (AC 30 f. 35'). In consist. publico 19 Iul. 1731 habito, post emissum antea in capella pontif. solitum iusiurandum a card.bus Aldobrandino et Grimaldo, primo ab Hispanica, altero a Germanica nuntiaturis nuper in Urbem adventis, iidem card.les purpureo galero a S.mo D.N. pro more insigniti sunt. Dispensati sunt iidem novi card.les a solemni equitatione et tantum superioribus diebus dominicae solemniter Urbem ingressi sunt (l. c. f. 149-149'). In consist. secreto 6 Aug. 1731 habito S.mus D.N. clausit os de more dictis 2 card.bus et in consist. secreto 3 Sept. 1731 habito aperuit et in fine eiusdem consist. tt. assignavit (l. c. ff. 150, 163, 165).

[7]) Cum Brevi Apost. 3 Oct. 1730 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2960 f. 153). 11 Dec. 1730 deput. leg. Ferrariae (AC 30 f. 51). 4 Mart. 1733 deput. protect. Congr. Vallis Umbrosae O.S.B. (S. Br. 2809 f. 15).

[8]) Ob. Ferrariae 14 Aug 1734 sub auroram podagra oppressus; in eccl. PP. O.Carm.Discalc. tumulo datus est (AC 31 f. 41').

[9]) Cum Brevi Apost. 3 Oct. 1730 S.S. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2960 f. 153'). 11 Dec. 1730 deput. leg. Bononiae ad triennium (AC 30 f. 51). 5 Oct. 1731 deput. leg. a latere in ducatu Parmae et Placentiae c. ret. legationis Bononiae (S. Br. 2960 f. 372-377).

[10]) Adversa valetudine viribus omnino debilitatus, Ianuam prius profectus, hinc aggresso Neapolim itinere, in Anglicana, qua erat navi, prope hanc urbem catharro suffocatus 18 Nov. 1733 animam Creatori reddidit. Corpus Ianuam delatum patrum tumulo datum est (AC 30 f. 315-316).

[11]) Cum Brevi Apost. 3 Oct. 1730 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2960 f. 153'-154). Aperta aula et consist. e secreto, 18 Dec. 1730 habito, in publicum converso, postquam in capella Paulina solitum iuramentum emisit, card. Massaeus a S.S. rubro galero insignitus est (AC 30 f. 56'). In consist. secreto 8 Ian. 1731 habito S.mus D.N. os clausit de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.l assign. (l. c. ff. 67, 77'). 11 Dec. 1730 deput. leg. Romandiolae (l. c. f. 51). 12 Ian. 1731 deput. superintendens aquis Romandiolae (S. Br. 2766 f. 17-19). 21 Maii 1731 promovetur ad Anconitan. (cf. Anconitan.).

[12]) Ob. Anconae 20 Nov. 1745 (AC 32 f. 363; Arch. Caer. 595 p. 471).

[13]) In consist. publico 5 Oct. 1730 post emissum solitum iuramentum admissus est ad pedis, manus et oris osculum et a S.mo D.N. purpureo galero insignitus est (AC 30 f. 37). In consist. secreto 22 Nov. 1730 habito S.mus D.N. eidem card. de more os clausit et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.l assign. (l. c. ff. 38, 43). 26 Iun. 1725 prom. ad ord. min. (Arch. Caer. 590 p. 469). 14 Dec. 1730 ei conc. ind. suscipiendi ord. diac.tus et pbr.tus extra tempora et non servatis interstitiis (S. Br. 2762 f. 13). 4 Dec. 1737 deput. protect. monachorum Montis Libani S. Antonii Abb. (S. Br. 2909 f. 5), 26 Aug. 1738 protect. O.F.M.Cap. (S. Br. 2925 f. 15).

[14]) Ob. 21 Maii 1741 hora 21 in terra Vinianelli [Vignanello] post longum et laboriosum morbum aet. 43 an., 8 m., 26 d.; eius cadaver loco depositi tumulatum remansit in eccl. colleg. eiusdem terrae (Arch. Caer. 593 p. 379-380; AC 32 f. 62'). 12 Iul. 1743 eius corpus delatum est iuxta eius ultimam voluntatem in tabulis expositam ad eccl. S.mae Conceptionis PP. O.F.M.Cap. de Urbe (Diario 4053 pp. 2, 17).

[15]) In consist. secreto 11 Dec. 1730 habito S.S. declaravit, quem in consist. secreto 14 Aug. creavit et in pectore reservavit, S.R.E. card. diac. Nereum Corsinum, prot. apost. et a secretis libellorum supplicum, suum secundum carnem ex germano fratre nepotem (AC 30 f. 45). Aperta aula et consist. e secreto, 18 Dec. 1730 habito, in publicum converso, postquam card. Corsinus in capella Paulina solitum iuramentum emisit, S.mus D.N. eidem card. rubrum galerum imposuit (l. c. f. 56'). In consist. secreto 8 Ian. 1731 S.mus D.N. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.l assign. (l. c. ff. 67, 77').

[16]) 23 Iul. 1730 charactere cler. insign. (Diario 2026 p. 4). 27 Dec. 1730 prom. ad ord. diac.tus (Diario 2562 p. 9). 23 Iul. 1730 fit secr. Memorialium et utr. sign. ref. (S. Br. 2960 ff. 33, 35). 23 Oct. 1730 deput. protect. et superintendens Portus Antii (S. Br. 2794 f. 5 ss.). 23 Maii 1732 deput. protect. O.S.M. (S. Br. 2792 f. 1). 28 Aug. 1733 Motu proprio eidem card. donatur bibliotheca S.tis S. in palatio plateae Agonalis de Urbe, quod ante pontificatum habitabat, existens (S. Br. 2961 f. 49-50). 2 Mart. 1733 deput. praef. Sign. Iustitiae (S. Br. 2809 f. 1). 17 Maii 1737 deput. protect. regni Hiberniae (S. Br. 2896 f. 1). 1 Dec. 1749 deput. leg. de latere ad aperiendam Portam Sanctam bas. S. Ioannis in Laterano (AC 33 f. 282') et 7 Dec. 1750 ad claudendam dictam Portam S. (AC 34 f. 39'-40).

[17]) Card. Corsinus archipbr. S. Ioannis in Laterano, S. Officii a secretis, nat. 19 Maii 1685, ob. Romae 6 Dec. 1770 in palatio suae residentiae

c) *in tertia promotione 24 Sept. 1731 habita.*[18])

6. **Vincentius Bichius** (Bichi),[19]) Senen., archiep. Laodicen. i.p.i., nunt. olim apost. apud regem Portugalliae = tt. S. Petri in Monte Aureo 31 Mart. 1732, tr. ad tt. S. Laurentii in Panisperna 16 Dec. 1737, ad tt. S. Matthaei in Merulana 29 Aug. 1740, ad tt. S. Silvestri in Capite 20 Maii 1743, ad Sabinen. 23 Sept. 1743, ad Tusculan. 10 Apr. 1747, † 11 Febr. 1750.[20])
7. **Sinibaldus ab Auria** (Doria),[21]) Ianuen., archiep. Beneventan., olim Cubiculi S.S. praef. = tt. S. Hieronymi Illyricorum 17 Dec. 1731, † 2 Dec. 1733.[22])
8. **Iosephus Firrao,**[23]) Neapolitan., archiep. ep. Aversan., nunt. olim apost. apud regem Portugalliae = tt. S. Thomae in Parione 19 Nov. 1731, tr. ad tt. S. Crucis in Hierusalem 29 Aug. 1740, † 24 Oct. 1744.[24])
9. **Antonius Xaverius Gentilis** (Gentili),[25]) Roman., archiep. Petren. i.p.i., dat. Clementis PP. XII = tt. S. Stephani in Monte Coelio 19 Nov. 1731, tr. ad Praenestin. 10 Apr. 1747, † 13 Mart. 1753.[26])
10. **Ioannes Antonius Guadagni,**[27]) O.Carm.Discalc., Florentin., ep. Aretin. = tt. S. Martini in Montibus 17 Dec. 1731, tr. ad Tusculan. 23 Febr. 1750, ad Portuen. et S. Rufinae 12 Ian. 1756, † 15 Ian. 1759.[28])

d) *in quarta promotione 1 Oct. 1732 habita.*[29])

11. **Troianus Aquaviva de Aragonia** (Acquaviva d'Aragona),[30]) Neapolitan., archiep. Larissen. i.p.i., Pal. Apost. praef. = tt. SS. Quirici et Iulittae 17 Nov. 1732, tr. ad tt. S. Caeciliae 19 Ian. 1733, † 20 Mart. 1747.[31])
12. **Agapitus Musca** (Mosca),[32]) Pisauren., cler. Cam. Apost. = tt. S. Georgii in Velabro 17 Nov. 1732, tr. ad tt. S. Agathae in Suburra 11 Mart. 1743, † 21 Aug. 1760.[33])

e) *in quinta promotione 2 Mart. 1733 habita.*[34])

---

apud Longaram circa horam 23½. Vir erat summae pietatis erga pauperes, et licet multum locuplex attamen quidquid habebat erga egenos infundebat; 10 Dec. 1770 in eccl. SS. XII Apostolorum fuerunt exequiae; cadaver defuncti de sero ad bas. Lateranen. delatum et in suo sacello tumulatum est (Arch. Caer. 618 p. 175-177; AC 37 f. 106').

[18]) In consist. secreto 24 Sept. 1731 habito S.mus D.N. creavit et declaravit 5 S.R.E. card. *pbr.*os: Vincentium Bichium archiep. Laodicen., nunt. olim apost. apud regem Portugalliae, Sinibaldum ab Auria archiep. Beneventan., olim Cubiculi S.tis S. praef., Iosephum Firrao archiep. ep. Aversan., apost. itidem olim ad regem Portugalliae nunt., Antonium Xaverium Gentilem archiep. Petren., dat. S.tis S., Ioannem Antonium Guadagni O.Carm.Discalc. ep. Aretin. (AC 30 f. 171'). In consist. publico 27 Sept. 1731 post emissum antea in capella pontif. solitum iusiurandum a card. Firrao et Gentile, iidem purpureo galero a S.mo D.N. pro more insigniti sunt (l. c. f. 173). In consist. secreto 19 Nov. 1731 S.S. clausit os de more dictis duobus card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.l assign. (l. c. ff. 174, 177'). In consist. publico 22 Nov. 1731 habito post emissum solitum iusiurandum in capella pontif. admissi sunt ad osculum pedis, manus et oris a S.S. card.les ab Auria et Guadagni, quibus deinde S.mus D.N. pileum purpureum solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 179). In consist. secreto 17 Dec. 1731 habito S.mus D.N. clausit os de more dictis duobus card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.l assign. (l. c. ff. 180, 184).

[19]) Cum Brevi Apost. 26 Sept. 1731 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2960 f. 338). Aperta aula et consist., 3 Mart. 1732 habito, e secreto in publicum converso, postquam in capella pontif. solitum iusiurandum emisit card. Bichius, idem admissus est a S.S. ad osculum pedis, manus et oris, et ab eodem S.mo D.N. pileo purpureo insignitus est (AC 30 f. 196). In consist. secreto 31 Mart. 1732 habito S.S. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.l assign. (l. c. ff. 199, 203). 29 Mart. 1737 deput. protect. O.S.Cam. (S. Br. 2893 f. 10). 26 Ian. 1739 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[20]) Ob. Romae 11 Febr. 1750 in palatio suae habitationis in Via Lata apud plateam Sciarrae nunc. aet. 82 an., 9 d.; 12 Febr. de sero corpus delatum est ad paroec. eccl. S. Marcelli in Via Lata; 13 Febr. habita est capella papalis Papa praesente in suffrag. animae defuncti card.; de sero corpus delatum est ad eccl. S. Vincentii et in gentilitia capella reconditum (Arch. Caer. 598 p. 11-13).

[21]) Cum Brevi Apost. 26 Sept. 1731 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2960 f. 336).

[22]) Ob in civ. Beneventan. 2 Dec. 1733; corpus in metrop. tumulatum est (AC 30 f. 316-317).

[23]) M. Oct. 1733 fit secr. Status (S. Br. 2820 f. 1). 17 Ian. 1737 deput. protect. O.E.S.Aug. (S. Br. 2890 f. 1). 29 Nov. 1737 fit praef. Signaturae Gratiae (S. Br. 2907 f. 1). 4 Dec. 1737 deput. protect. coll. Maronitarum de Urbe (S. Br. 2909 f. 1). 27 Aug. 1738 fit praef. S. Congr. Ep.orum et Reg. (S. Br. 2925 f. 1). 2 Ian. 1741 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[24]) Ob. Romae 24 Oct. 1744 hora 18; 26 Oct. in eccl. S. Augustini habita est capella papalis Papa praesente in suffrag. animae defuncti card.; de sero corpus ad eccl. eius tit. S. Crucis in Hierusalem translatum est, ibique tumulatum in sepulchro a se constructo remansit (Arch. Caer. 595 p. 301-304).

[25]) 8 Ian. 1732 deput. protect. Congr. Fratrum Charitatis nunc. sub tt. S. Hippolyti Martyris in Indiis occident. (S. Br. 2786 f. 12). 21 Apr. 1735 deput. protect. Congr. Montis Oliveti O.S.B. (S. Br. 2853 f. 7). 20 Mart. 1737 fit praef. S. Congr. Conc. Trid. (S. Br. 2893 f. 1-2). 25 Febr. 1738 deput. protect. O.Trin. (S. Br. 2913 f. 1). 22 Ian. 1742 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B). 4 Sept. 1743 deput. protect. O. Bethlemitarum in Indiis occident. (S. Br. 3056 f. 1).

[26]) Ob. Romae 13 Mart. 1753 circa horam 5 noctis, paucis abhinc diebus apoplectico ictu correptus; 16 Mart. de sero delatum est corpus ad eccl. S. Ignatii S.I., ubi 17 eiusdem fuit capella papalis Papa praesente, pro anima defuncti card.; corpus de sero tranlatum est ad eccl. S. Venantii, ubi ipse vivens disposuit esse tumulandum (Arch. Caer 599 pp. 322-325).

[27]) 24 Sept. 1731 ei datur praeceptum, ut delatam sibi cardinalatus dign. in virtute s. oboedientiae acceptet (S. Br. 2960 f. 348). Cum Brevi Apost. 26 Sept. 1731 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (l. c. f. 342). 1 Mart. 1732 fit vic. gen. Urbis eiusque districtus (S. Br. 2788 f. 1-2). 21 Aug. 1734 deput. protect. Congr. Vallis Umbrosae O.S.B. (S. Br. 2839 f. 1). 28 Ian. 1743 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[28]) Ob. Romae 15 Ian. 1759; eius corpus tumulatum est in templo S. Mariae de Scala in monumento, quod sibi vivens posuit (AC 35 f. 242'; Arch. Caer. 602 ff. 131, 132).

[29]) In consist. secreto 1 Oct. 1732 habito S.mus D.N. creavit et declaravit 2 S.R.E. card.les: *pbr.*um Troianum Aquaviva de Aragonia archiep. Larissen., Pal. Apost. praef.; *diac.*um Agapitum Muscam, Cam. Apost. clericum (AC 30 f. 240'). In consist. publico 4 Oct. 1732 habito post emissum antea in capella pontif. solitum iusiurandum dicti card.les purpureo galero a S.mo D.N. insigniti sunt (l. c. f. 241'). In consist. secreto 17 Nov. 1732 habito S.mus D.N. clausit os de more praefatis card.bus et in eodem consist. aperuit c. tt.l assign. (l. c. ff. 242', 243').

[30]) 12 Ian 1733 deput. protect. O.F.M.Obs. et T.O.R. (S. Br. 2806 ff. 3, 5). 4 Maii 1739 promovetur ad metrop. Montis Regalis (cf. Montis Regalis). 3 Febr. 1744 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[31]) Ob. Romae 20 Mart. 1747 circa horam 7 noctis card. de Aquaviva, Hispaniarum et utriusque Siciliae apud S. Sedem legatus eorumque regnorum protect., aet. 53 an., post longam et penosissimam infirmitatem; 21 Mart. de sero eius corpus delatum est ad eius eccl. tit. S. Caeciliae, 22 Mart. in dicta eccl. fuit capella papalis Papa praesente in suffrag. animae defuncti card.; demum sepultum est in dicta eccl. (Arch. Caer. 596 pp. 191, 193-194; Diario 4737 p. 7).

[32]) 30 Aug. 1734 deput. leg. Ferrariae (AC 31 f. 30); 6 Iul. 1737 prorogatur eadem legatio ad aliud triennium (S. Br. 2900 f. 1). 21 Maii 1738 deput. leg. de latere ad Mariam Amaliam reginam Neapolis, quae e Saxonia propediem Neapolim versus iter factura est (AC 31 f. 174').

[33]) Nat. Pisauri 28 Apr. 1678, ob. Romae 21 Aug. 1760; funebria peracta sunt in eccl. SS. XII Apostolorum, ac inde translatus et sepultus est in eccl. S.mae Conceptionis O.F.M.Cap. (AC 35 f. 305).

[34]) In consist. secreto 2 Mart. 1733 habito S.mus D.N. creavit et declaravit S.R.E. *pbr.* card. Dominicum Riveram, prot. apost. et a secretis S. Congr. Consultationis Status Eccl.ei (AC 30 f. 264'). Aperta aula et consist., 5 Mart. 1733 habito, e secreto in publicum converso, postquam in capella pontif. solitum iusiurandum card. Rivera emisit, S.mus D.N. eundem card. ad osculum pedis, manus et oris admisit, cui deinde pileum

13. **Dominicus Riviera** al. **Rivera,**[35]) Urbinas, prot. apost., a secretis S. Congr. Consultationis Status Ecclesiastici = tt. SS. Quirici et Iulittae 13 Apr. 1733, tr. ad tt. SS. XII Apostolorum 2 Ian. 1741, † 2 Nov. 1752.[36])

f) *in sexta promotione 28 Sept. 1733 habita.*[37])

14. **Marcellus Passari,**[38]) Arianen., archiep. Nazianzen. i.p.i., aud. S.mi = tt. S. Mariae in Aracoeli 2 Dec. 1733, † 25 Sept. 1741.[39])
15. **Ioannes Bapt. Spinula** (Spinola),[40]) Ianuen., Urbis gub. = tt. S. Caesarei in Palatio 2 Dec. 1733, tr. ad tt. S. Mariae Angelorum in Thermis 23 Sept. 1743, ad Albanen. 15 Nov. 1751, † 20 Aug. 1752.[41])

g) *in septima promotione 24 Mart. 1734 habita.*[42])

16. **Pompeius Aldrovandus** (Aldrovandi),[43]) Bononien., patr. Hierosolymitan., Urbis gub. = tt. S. Eusebii 12 Apr. 1734, † 6 Ian. 1752.[44])
17. **Seraphinus Cincius** (Cenci),[45]) Roman., archiep. Beneventan. = tt. S. Agnetis 27 Iun. 1735, † 24 Iun. 1740.[46])
18. **Petrus Maria Pierius** (Pieri),[47]) Senen., O.S.M. prior gen. = tt. S. Ioannis ante Portam Latinam 12 Apr. 1734, † 27 Ian. 1743.[48])
19. **Iacobus de Lanfredinis** (Lanfredini),[49]) Florentin., S. Congr. Conc. Trid. a secretis = tt. S. Mariae in Porticu 12 Apr. 1734, † 16 Maii 1741.[50])

h) *in octava promotione 17 Ian. 1735 habita.*[51])

20. **Iosephus Spinelli,**[52]) Neapolitan., archiep. Neapolitan. = tt. S. Pudentianae 14 Mart. 1735, tr. ad tt. S. Mariae trans

---

purpureum c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 268'). In consist. secreto 13 Apr. 1733 habito S.mus D.N. clausit os de more praedicto card. et in eodem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 269', 271').

[35]) 19 Febr. 1710 fit secr. S. Coll. (cf. Hierarchia V, Appendix II C). 17 Iul. 1730 fit secr. S. Consultae (S. Br. 2754 f. 400), 3 Mart. 1733 archivista arcis S. Angeli de Urbe (S. Br. 2810 f. 133). 21 Mart. 1733 ei conc. ind. suscipiendi ord. diac.tus et pbr.tus extra tempora et non servatis interstitiis (S. Br. 2960 f. 647); eodem die ei conc. ind., ut ad diac.tum et pbr.tum promoveri non teneatur et nihilominus pbr. card. appellari possit (l. c. f. 659-660). 25 Febr. 1734 deput. protect. regni Scotiae (S. Br. 2827 f. 1), 27 Nov. 1737 protect. Congr. Coelestinorum (S. Br. 2907 f. 9). 25 Ian. 1745 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[36]) Ob. Romae 2 Nov. 1752 card. Rivera, S. Congr.um Confinium et Boni Regiminis praef.; 4 Nov. de sero corpus delatum est ad eccl. eius tit. et paroec. SS. XII Apostolorum; 5 Nov. in eadem eccl. fuit capella papalis Papa praesente in suffrag. animae defuncti card.; inde corpus tumulatum est in eius sepulchro, quod ipse adhuc vivens construi praecepit (AC 34 f. 116').

[37]) In consist. secreto 28 Sept. 1733 habito S.mus D.N. creavit et declaravit S.R.E. card. *pbr.* Marcellum Passari archiep. Nazianzen., aud. S.mi, et card. *diac.* Ioannem Bapt. Spinulam, Urbis gub. (AC 30 f. 298). Aperta aula et consist., 1 Oct. 1733 habito, e secreto in publicum converso, postquam in capella pontif. solitum iusiurandum emiserunt card. Passari et Spinula, S.mus D.N. eosdem ad osculum pedis, manus et oris admisit, quibus deinde pileum purpureum c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 300). In consist. secreto 2 Dec. 1733 habito S.mus D.N. clausit os de more dictis card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 301, 305, 305').

[38]) 21 Ian. 1737 deput. protect. Congr. Montis Virginis O.S.B. (S. Br. 2890 f. 5).

[39]) Ob. Romae 25 Sept. 1741; 26 Sept. de sero eius corpus delatum est ad eccl. paroec. S. Mariae in Porticu; 27 Sept. fuit capella papalis in suffrag. animae defuncti card.; post haec iuxta eius ultimam testamentariam dispositionem corpus in eadem eccl. tumulatum est (Arch. Caer. 593 p. 456-459).

[40]) 15 Febr. 1728 prom. ad ord. pbr.tus a S.mo D.N. (Arch. Caer. 591 p. 247). 2 Dec. 1733 deput. leg. Bononiae ad triennium (AC 30 f. 305). 8 Ian. 1734 deput. leg. a latere in ducatu Parmae et Placentiae c. ret. legationis Bononien. (S. Br. 2961 f. 92-94). 28 Sept. 1736 prorogatur legatio Bononiae ad aliud triennium (S. Br. 2884 f. 1). 1 Sept. 1740 deput. protect. Congr.Can.S.Salvatoris (S. Br. 2991 f. 1). 15 Iun. 1741 fit praef. S. Congr. Immunitatis Eccl.ae (S. Br. 3005 f. 1). 17 Ian. 1746 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B). Consecr. in sacello Paulino Pal. Apost. Quirinalis 9 Apr. 1752 a Summo Pont. (Arch. Caer. 599 p. 191).

[41]) Ob. in civ. Albanen., ubi paucis abhinc diebus se contulerat invisendi causa dictam eccl. et dioec., 20 Aug. 1752; nat. 6 Iul. 1681; 21 Aug. 1752 de mane corpus defuncti card. ad Urbem delatum est; 23 Aug. in eccl. domus professae S.I. habita est capella papalis Papa praesente in suffrag. animae defuncti card.; deinde corpus in eadem eccl. tumulatum est (AC 34 f. 116'; Arch. Caer. 599 p. 233-236).

[42]) In consist. secreto 24 Mart. 1734 habito S.mus D.N. creavit et declaravit card. *pbr.*os Pompeium Aldrovandum patr. Hierosolymitan. et gub. Urbis, Seraphinum Cincium archiep. Beneventan., Petrum Mariam Pierium, priorem gen. O.S.M.; *diac.*um Iacobum de Lanfredinis, S. Congr. Conc. a secretis (AC 31 f. 15'). Aperta aula et consist. secreto 27 Mart. 1734 habito in publicum converso, postquam in capella pontif. solitum iusiurandum emiserunt card. Aldrovandus, Pierius et de Lanfredinis, S.mus D.N. ad osculum pedis, manus et oris eos admisit, quibus deinde pileum purpureum c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 19). In consist. secreto 12 Apr. 1734 habito S.mus D.N. clausit os dictis 3 card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 20, 20').

[43]) 9 Iul. 1734 promovetur ad eccl. Montis Falisci et Cornetan. (cf. Montis Falisci). 24 Aug. 1740 fit dat. S.tis S. (S. Br. 2985 f. 5). 9 Sept. 1743 deput. leg. Romandiolae (AC 32 f. 176).

[44]) Ob. in civ. Montis Falisci 6 Ian. 1752 aet. an. 83, m. 3, d. 14; eius corpus in forma depositi inibi tumulatum est, transferendum successive in metrop. Bononien. (Arch. Caer. 599 p. 153); 26 Maii 1752 sepultum est in metrop. Bononien. (Diario 5443 p. 5-6).

[45]) Cum Brevi Apost. 30 Mart. 1734 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2961 f. 149). In consist. publico 2 Iun. 1735 card. Cincius, qui a sua Beneventan. eccl. nuper Urbem petierat, remissa sibi valetudinis causa solemni equitatione, postquam in capella pontif. solitum iusiurandum emisit, ad aulam consist. deductus est, cui post pedis, manus et oris osculum S.mus D.N. purpureum pileum de more imposuit (AC 31 f. 55). In consist. secreto 27 Iun. 1735 habito S.S. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 56, 60).

[46]) Ob. Romae in conclavi habito per obitum Clementis PP. XII 24 Iun. 1740; 26 Iun. corpus in eccl. eius tit. S. Agnetis extra muros tumulatum fuit (AC 31 f. 282'; Arch. Caer. 86 b ff. 58, 60).

[47]) 24 Mart. 1734 ei conc. ind. retinendi munus prioris gen. O.S.M. usque ad Pentecosten proxime futurum (S. Br. 2829 f. 1).

[48]) Ob. Romae 27 Ian. 1743 summo mane aet. an. 66, m. 3, d. 27; 29 Ian. de sero corpus ad eccl. S. Marcelli delatum est; 30 Ian. habita est capella papalis in suffrag. animae defuncti card., deinde in eadem eccl. in sacello Philippo Benizi dicato tumulatum est (Arch. Caer. 594 p. 5-7).

[49]) 27 Mart. 1734 promovetur ad Auximan. et Cingulan. (cf. Auximan.). 15 Maii 1739 fit praef. S. Congr. Immunitatis Eccl.ae (S. Br. 2942 f. 1). 17 Dec. 1740 deput. visit. apost. Fabricae S. Petri de Urbe (S. Br. 3386 f. 73-84).

[50]) Ob. Romae 16 Maii 1741; 17 Maii corpus eius delatum est ad eccl. SS. Ioannis et Pauli iuxta eius ultimam voluntatem; 18 Maii habita est capella papalis Papa praesente in suffrag. animae card. defuncti; de sero corpus translatum est ad domum Missionis in Monte Citorio ibique tumulatum (Arch. Caer. 593 p. 364-372).

[51]) In consist. secreto 17 Ian. 1735 habito S.mus D.N. creavit et declaravit S.R.E. card. *pbr.* Iosephum Spinelli archiep. Neapolitan. (AC 31 f. 47'). Aperta aula et consist. secreto 26 Ian. 1735 habito in publicum converso, postquam in capella pontif. solitum iusiurandum emisit, dictus card. admissus est a S.S. ad osculum pedis, manus et oris, cui deinde S.mus D.N. pileum purpureum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 49'). In consist. secreto 14 Mart. 1735 S.mus D.N. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 50, 51).

[52]) 17 Ian. 1735 disp. super eo quod avunculum card. scil. Ios. Ren. card. Imperialem habeat, ad effectum validitatis suae creationis in card. (S. Br. 2848 f. 1). 15 Mart. 1754 deput. protect. regni Scotiae (S. Br. 3295 f. 15). 11 Sept. 1756 fit praef. S. Congr. Prop. (S. Br. 3352 f. 31). 16 Febr. 1759 deput. protect. O.E.S.Aug. (S. Br. 3438 f. 9).

Tiberim 25 Sept. 1752, ad Praenestin. 9 Apr. 1753, ad Portuen. et S. Rufinae 13 Iul. 1759, ad Ostien. et Veliternen. 13 Iul. 1761, † 12 Apr. 1763.[53])

i) *in nona promotione 19 Dec. 1735 habita.*[54])

21. **Ludovicus Borbonius** (de Borbón),[55]) regius Hispan. Infans = tt. S. Mariae de Scala 19 Dec. 1735, dim. cardinalatum 18 Dec. 1754.[56])

k) *in decima promotione 20 Dec. 1737 habita.*[57])

22. **Thomas de Almeida,**[58]) Lusitan., Ulixbonen. occident. patr. = † 27 Febr. 1754.[59])
23. **Henricus Osvaldus de Turre Arverniae de Bouillon** (de la Tour d'Auvergne de Bouillon),[60]) Gallus, archiep. Viennen. in Gallia = tt. S. Calixti 16 Sept. 1740, † 23 Apr. 1747.[61])
24. **Iosephus Dominicus von Lamberg,**[62]) German., ep. Passavien. = tt. S. Petri in Monte Aureo 16 Sept. 1740, † 30 Aug. 1761.[63])
25. **Gaspar de Molina y Oviedo,**[64]) O.E.S.Aug., Hispan., ep. Malacitan. = † 30 Aug. 1744.[65])
26. **Ioannes Alexander Lipski,**[66]) Polon., ep. Cracovien. = † 20 Febr. 1746.[67])
27. **Carolus Rezzonicus** (Rezzonico),[68]) Venetus, S. Rotae aud. = tt. S. Nicolai in Carcere Tulliano 27 Ian. 1738, tr. ad tt. S. Mariae in Aracoeli 15 Maii 1747, ad tt. S. Marci 17 Febr. 1755, el. Sum. Pont. Clemens XIII 6 Iul. 1758.

in pectore reservatus 20 Dec. 1737 et publicatus 23 Iun. 1738.[69])

28. **Rainerius de Ilcio** (D'Elci),[70]) Florentin., archiep. Rhodien. i.p.i., nunt. apost. apud regem X.mum = tt. S. Sabinae 23 Iul. 1738, tr. ad Sabinen. 10 Apr. 1747 c. ret. eccl. S. Sabinae in commend., ad Portuen. et S. Rufinae 9 Apr. 1753 c. ret. eccl. S. Sabinae ut prius in commend., ad Ostien. et Veliternen. 12 Ian. 1756 c. ret. ut supra, † 22 Iun. 1761.[71])

l) *in undecima promotione 23 Iun. 1738 habita.*[72])

29. **Dominicus Passioneus** (Passionei),[73]) Forosempronien., archiep. Ephesin. i.p.i., nunt. apost. apud caes. maiest. = tt. S. Bernardi ad Thermas 23 Iul. 1738, tr. ad tt. S. Praxedis 17 Febr. 1755 c. ret. eccl. S. Bernardi in commend., ad tt. S. Laurentii in Lucina 12 Febr. 1759 c. ret. in commend. ut prius, † 5 Iul. 1761.[74])

---

53) Ob. Romae 12 Apr. 1763 card. Spinelli, S. Coll. decan.; exequiae celebratae sunt in templo SS. XII Apostolorum eius eccl. paroec., ubi eius corpus sepultum remansit (AC 35 f. 430').

54) In consist. secreto 19 Dec. 1735 habito S.mus D.N. creavit S.R.E. card. *diac.* Ludovicum regium Hispaniarum Infantem eique commisit eccl.am S. Mariae de Scala atque una c. bireto cardinal. anulum et galerum quam primum transmittendum decrevit (AC 31 f. 73).

55) Cum Brevi Apost. 3 Ian. 1736 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2961 f. 599). 23 Mart. 1736 Matriti eidem biretum cardinal. traditur (Vescovi 164 f. 205-205'). Cum Brevi Apost. 4 Maii 1736 S.S. eidem pileum rubrum et anulum cardinal. misit (S. Br. 2961 f. 617-622). 19 Sept. 1741 fit admin. in temporalibus Hispalen. (cf. Hispalen.).

56) In consist. secreto 18 Dec. 1754 S.mus D.N. admisit abdicationem cardinal. dign.tis et dim. tt.i S. Mariae de Scala card. Borbonii, necnon renunt. admin.is eccl.arum Toletan. et Hispalen. per proc. card. Portocarrero factam (AC 34 ff. 235', 236-255). Ob. 7 Aug. 1785 (Gams 81).

57) In consist. secreto 20 Dec. 1737 habito S.mus D.N. creavit 7 S.R.E. card. ex praecipuis praesertim christianitatis nationibus adsumptos, quorum 6 declaravit: card. *pbr.*os: Thomam de Almeida patr. Ulixbonen. occident., Henricum Osvaldum de Turre Arverniae archiep. Viennen. in Gallia, Iosephum Dominicum ex comitibus Lamberg ep. Passavien., Gasparem de Molina O.E.S.Aug. ep. Malacitan., Ioannem Alexandrum Lipski ep. Cracovien.; *diac.*um vero: Carolum Rezzonicum, S. Rotae aud.; septimum vero in pectore reservavit arbitrio suo quandocumque declarandum (AC 31 f. 145'). Aperta aula et consist. 29 Aug. 1740 habito, e secreto in publicum converso, postquam in capella pontif. solitum iusiurandum emiserunt card. de Arvernia et de Lamberg, Benedictus PP. XIV ad osculum pedis, manus et oris eos admisit, quibus deinde pileum purpureum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 254'). In consist. secreto 16 Sept. 1740 habito S.mus D.N. clausit os de more dictis 2 card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.i assign. (l. c. ff. 255', 259).

58) Cum Brevi Apost. 13 Ian. 1738 SS. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2962 f. 275). 22 Iun. 1743 fit inquisitor gen. regnorum Portugalliae et Algarbiorum (S. Br. 3055 f. 8-12).

59) Ob. in civ. Ulixbonen. 27 Febr. 1754; sepultus est in eccl. S. Rochi PP. S.I. (AC 34 f. 259).

60) Cum Brevi Apost. 13 Ian. 1738 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2962 f. 273).

61) Ob. Parisiis 23 Apr. 1747 (AC 33 f. 175-175').

62) Cum Brevi Apost. 13 Ian. 1738 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2962 ff. 275', 278).

63) Ob. Passaviae 30 Aug. 1761 (AC 35 f. 353; A. Cons. 1762 f. 168).

64) Cum Brevi Apost. 13 Ian. 1738 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2962 f. 278).

65) Ob. in oppido S. Ildephonsi Hispaniarum 30 Aug. 1744 (AC 32 f. 295).

66) Cum Brevi Apost. 13 Ian. 1738 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2962 f. 278). 11 Maii 1741 deput. visit. apost. univ. Cracoviae (S. Br. 3004 ff. 208, 211).

67) Ob. 20 Febr. 1746 (P. Cons. 133 f. 265).

68) 23 Dec. 1731 prom. ad ord. pbr.tus (Diario 2248 p. 3-4). Aperta aula et consist. 23 Dec. 1737 habito, e secreto in publicum converso, postquam in capella pontif. solitum iusiurandum emisit, admissus est ad osculum pedis, manus et oris, cui deinde S.mus D.N. pileum purpureum solito more imposuit (AC 31 f. 147). In consist. secreto 27 Ian. 1738 habito S.S. clausit os de more eidem card. et in fine eiusdem consist. de more aperuit c. tt.i assign. (l. c. ff. 152, 154). 17 Dec. 1740 deput. visit. apost. Fabricae S. Petri de Urbe (S. Br. 3386 f. 73-84). 11 Mart. 1743 promovetur ad Patavin. (cf. Patavin.).

69) In consist. secreto 23 Iun. 1738 habito S.mus D.N. declaravit S.R.E. card. *pbr.*, quem in consist. secreto 20 Dec. 1737 habito creaverat et in pectore reservaverat: Rainerium de Ilcio archiep. Rhodien. (AC 31 f. 180). Aperta aula et consist. 27 Iun. 1738 habito, e secreto in publicum converso, postquam in capella pontif. solitum iusiurandum emisit, admissus est a S.S. ad osculum pedis, manus et oris, cui idem S.mus D.N. pileum purpureum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 182). In consist. secreto 23 Iul. 1738 habito S.mus D.N. ei clausit os de more et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.i assign. (l. c. ff. 183, 184').

70) 5 Mai 1738 tr. ad Ferrarien. (cf. Ferrarien.). 16 Sept. 1740 deput. leg. Ferrariae (AC 31 f. 258'-259). 10 Apr. 1747 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

71) Card. Ilcius, S. Coll. decan., ob. Romae 22 Iun. 1761; iustis persolutis in eccl. SS. XII Apostolorum eius parochia, corpus defuncti in eccl. S. Sabinae eius commenda humatum est (AC 35 f. 352-352').

72) In consist. secreto 23 Iun. 1738 habito S.mus D.N. creavit et declaravit S.R.E. card. *pbr.* Dominicum Passioneum archiep. Ephesin. (AC 31 f. 180). Aperta aula et consist. 27 Iun. 1738 habito, e secreto in publicum converso, postquam in capella pontif. solitum iusiurandum emisit, admissus est a S.S. ad osculum pedis, manus et oris, cui deinde idem S.mus D.N. pileum purpureum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 182). In consist. secreto 23 Iul. 1738 habito S.mus D. N. ei clausit os de more et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.i assign. (l. c. ff. 183, 185).

73) 19 Aug. 1738 deput. protect. O.Cist.Reform. (S. Br. 2925 f. 4). 10 Iul. 1741 deput. protect. Bibl. Vat. tempore absentiae card. Quirini bibliothecarii (S. Br. 3386 f. 419-421). 29 Ian. 1748 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B). 22 Ian. 1755 ei conc. offic. bibliothecarii S.R.E. (S. Br. 3314 f. 1).

74) Card. Passioneus, prior card. pbr.orum, a secretis Brevium S.mi

m) *in duodecima promotione 19 Dec. 1738 habita.*[75])

30. **Silvius de Valentibus** (Valenti) **Gonzaga,**[76]) Mantuan., archiep. Nicaen. i.p.i., nunt. apost. apud regem cath. = tt. S. Priscae 16 Sept. 1740, tr. ad tt. S. Calixti 15 Maii 1747, ad Sabinen. 9 Apr. 1753, † 28 Aug. 1756.[77])

n) *in decimatertia promotione 23 Febr. 1739 habita.*[78])

31. **Caietanus Stampa,**[79]) Mediolanen., archiep. Mediolanen. = tt. S. Alexii 16 Sept. 1740, † 23 Dec. 1742.[80])

32. **Petrus Guérin de Tencin,**[81]) Gallus, archiep. Ebredunen. = tt. SS. Nerei et Achillei 20 Iul. 1739, † 2 Mart. 1758.[82])

o) *in decimaquarta promotione 15 Iul. 1739 habita.*[83])

33. **Marcellinus Corius** (Corio), Mediolanen., Urbis gub. = tt. S. Adriani 30 Sept. 1739, † 20 Febr. 1742.[84])

p) *in decimaquinta promotione 30 Sept. 1739 habita.*[85])

34. **Prosper Columna** (Colonna), Roman., Cam. Apost. aud. = tt. S. Angeli in Foro Piscium 16 Nov. 1739, † 4 Mart. 1743.[86])

35. **Carolus Maria Sacripantes** (Sacripante),[87]) Roman., Cam. Apost. thesaur. gen. = tt. S. Mariae in Aquiro 16 Nov. 1739, tr. ad tt. S. Mariae in Porticu 29 Maii 1741, ad tt. S. Mariae ad Martyres 10 Apr. 1747, ad tt. S. Anastasiae 1 Febr. 1751, ad Tusculan. 12 Ian. 1756, † 4 Nov. 1758.[88])

D.N., ob. apud Camaldulenses in eorum coenobio iuxta Tusculum 5 Iul. 1761, ac transvectus est Romam; funebria celebrata sunt in eccl. eius tit., ac inde translatus et sepultus est in eccl. S. Bernardi O.Cist.Reform. (AC 35 f. 352').

[75]) In consist. secreto 19 Dec. 1738 habito S.mus D.N. creavit et declaravit card. *pbr.* Silvium Valenti Gonzaga archiep. Nicaen., nunt. apost. in Hispaniis (AC 31 f. 197'). Aperta aula et consist. 29 Aug. 1740 habito, e secreto in publicum converso, postquam card. Valenti Gonzaga in capella pontif. solitum iusiurandum emisit, Benedictus PP. XIV ad osculum pedis, manus et oris eum admisit, cui deinde pileum purpureum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 254'). In consist secreto 16 Sept. 1740 habito S.S. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 255', 259).

[76]) Cum Brevi Apost. 23 Mart. 1739 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2963 f. 322'). 30 Sept. 1739 deput. leg. Bononiae (AC 31 f. 229). M. Aug. 1740 fit secr. Status (S. Br. 2985 f. 1). 16 Febr. 1743 deput. protect. Congr. Cassinen. O.S.B. (S. Br. 3043 f. 1). 25 Febr. 1747 fit camer. S.R.E. (cf. Appendix II A). 27 Mart. 1747 fit praef. S. Congr. Prop. (S. Br. 3135 f. 1). 20 Ian. 1749 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[77]) Ob. 28 Aug. 1756 in civ. Viterbien., ubi beneficiam aeris lucraturus paucis abhinc diebus se contulerat; fuit a secretis status Benedicti PP. XIV, praef. S. Consultae, statuum Avenionen., S. Domus Lauretanae, status Firmi, et archimandrita Messanen.; eius corpus tumulatum est in cathedr. Viterbien. in forma depositi (AC 35 f. 40'; Arch. Caer. 600 p. 448). 31 Ian. 1757 eius corpus Romam translatum est ad eccl. S. Bonaventurae O.F.M.Ref., ubi adhuc vivens card. sibi sepulchrum construi curaverat (Arch. Caer. 600 p. 448; Diario 6174 p. 6-7).

[78]) In consist. secreto 23 Febr. 1739 habito S.mus D.N. creavit et publicavit 2 S.R.E. card. *pbr.*os: Caietanum Stampa archiep. Mediolanen., iam S. Congr. Ep.orum et Reg. secr., Petrum Guérin de Tencin archiep. Ebredunen. (AC 31 f. 211').

[79]) Cum Brevi Apost. 21 Mart. 1739 S.mus D. N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2963 f. 272). Aperta aula et consist. 29 Aug. 1740 habito, e secreto in publicum converso, postquam in capella pontif. solitum iusiurandum emisit card. Stampa, eundem Benedictus PP. XIV ad osculum pedis, manus et oris admisit, cui deinde pileum purpureum c. solitis caeremoniis imposuit (AC 31 f. 254'). In consist. secreto 16 Sept. 1740 habito S.mus D.N. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 255', 259).

[80]) Ob. Mediolani 23 Dec. 1742 atque in sua metrop. sepulturam accepit (AC 32 f. 140-140').

[81]) Cum Brevi Apost. 23 Mart. 1739 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 2963 f. 322). Aperta aula et consist. 15 Iul. 1739 habito, e secreto in publicum converso, postquam in capella pontif. solitum iusiurandum emisit, card. de Tencin admissus est a S.S. ad osculum pedis, manus et oris, cui deinde idem S.mus D.N. pileum purpureum solito more imposuit (AC 31 f. 223). In consist. secreto 20 Iul. 1739 habito S.mus D.N. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 224, 227). 11 Nov. 1740 tr. ad Lugdunen. (cf. Lugdunen.).

[82]) Primas Franciae et minister status regis Xmi, ob. apud eccl. suam Lugdunen. 2 Mart. 1758 (AC 35 f. 174').

[83]) In consist. secreto 15 Iul. 1739 habito S.mus D.N. creavit et declaravit S.R.E. card. *diac.* Marcellinum Corium, gub. Urbis (AC 31 f. 220). Aperta aula et consist. 20 Iul. 1739 habito, e secreto in publicum converso, postquam in capella pontif. solitum iusiurandum emisit dictus card., admissus est a S.S. ad osculum pedis, manus et oris, cui deinde idem S.mus D.N. pileum purpureum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 227). In consist. secreto 30 Sept. 1739 habito S.mus D.N. in lecto stratus iacens clausit os de more card.[li] Corio et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 228', 231').

[84]) Ob. Romae 20 Febr. 1742 post longum et penosissimum morbum hora 6 c. quadrante, aet. 77 an.; sepultus est in eccl. SS. Ambrosii et Caroli ad Cursum nationis Mediolanen. (AC 32 f. 138'-139; Arch. Caer. 593 p. 529-531; Diario 4107 p. 3).

[85]) S.mus D.N. in lecto iacens consist. secretum 30 Sept. 1739 habuit, in quo creavit S.R.E. card. *diac.*os: Prosperum Columna, aud. Cam. Apost., et Carolum Sacripantes, thesaur. gen. Cam. Apost. (AC 31 f. 129). In consist. publico 16 Nov. 1739 habito Sum. Pont. rocchetto, mozzetta et stola amictus lecto consedit et admisit dictos duos card., postquam solitum iusiurandum emiserunt, ad osculum pedis, manus et oris, quibus deinde idem S.mus D.N. pileum purpureum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit. Deinde facto «extra omnes» et consist. secreto indicto S.S. clausit os de more praefatis card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 234, 236'-237).

[86]) Ob. Romae 4 Mart. 1743 circa horam 21 apoplexiae ictu correptus aet. 70 an.; 6 Mart. in eccl. SS. XII Apostolorum habita est capella papalis in suffrag. animae defuncti card.; de sero eius corpus private delatum est ad bas. Lateranen. ibique tumulatum in sacello domus Columnae (AC 32 f. 208'-209; Arch. Caer. 594 p. 18-19).

[87]) 2 Oct. 1739 ei conc. ind., ut ad subdiac.tus et diac.tus ord. promoveri non teneatur, et nihilominus iuribus cardinal. frui possit (S. Br. 2952 ff. 1, 4). 13, 15 Maii 1742 prom. ad ord. subdiac.tus et diac.tus (Diario 3870 p. 5). 21 Mart. 1751 card. Sacripantes celebravit primam Missam (Diario 5256 p. 10). 12 Dec. 1741 deput. protect. Congr. Montis Virginis O.S.B. (S. Br. 3016 f. 1). Consecr. Romae 25 Ian. 1756 a card. Guadagni (Diario 6015 p. 7-8).

[88]) Ob. Narniae 4 Nov. 1758 aet. 69 an.; humatus est in capella B. Luciae Narnien. de iurepatronatus eiusdem domus (AC 35 f. 175; Arch. Caer. 602 p. 76).

II. Benedictus XIV

Antea Prosper de Lambertinis, tt. S. Crucis in Hierusalem pbr. card.,[1]) electus 17 Aug. 1740,[2]) coronatus 21 Aug. 1740,[3]) † 3 Maii 1758.[4])

---

[1]) 9 Dec. 1726 creatus est pbr. card. ac in pectore reservatus, et 30 Apr. 1728 declaratus (cf. Hierarchia V, S.R.E. card. VIII, 18).

[2]) Novendialibus exequiis pro anima s. mem. Clementis PP. XII peractis 18 Febr. 1740 in choro bas. Vaticanae celebrata est missa solemnis de Spiritu Sancto a Petro card. Otthobono, S. Coll. decano. Post missam habita pereleganti oratione de eligendo Summo Pont. per R.P.D. Assemani, can. bas. Vaticanae, et incepto hymno «Veni Creator» per cantores pontificios, processionali ritu card.[les] conclave ingressi sunt et ad capellam Paulinam accesserunt, ubi expleto hymno consuetas pontificias constitutiones de Pontificis electione iuraverunt. Deinde card. Otthobonus congruam habuit hortatoriam allocutionem em.[is] confratribus de sollicita Pontificis electione. Quibus expletis aliqui card. ad proprias cellas se contulerunt, nonnulli autem ad propria palatia, vespere ad conclave reversuri. Intervenerunt 27 card. et fuerunt sequentes: Otthobonus, Rufus, Hannibal Albanus, Ioannes Bapt. de Alteriis, de Alsatia de Boussu, Belluga y Moncada, Petra, Gotti, Porzia, Carafa, Burghesius, Bichius (I, 6), Gentilis (I, 9), Guadagni (I, 10), Aquaviva (I, 11), Aldrovandus (I, 16), Spinelli (I, 20), de Lamberg (I, 24), Passioneus (I, 29), Guérin de Tencin (I, 32), Alexander Albanus, Corsinus (I, 5), Ruspulus (I, 4), Rezzonicus (I, 27), Corius (I, 33), Columna (I, 34), Sacripantes (I, 35) (Ex diariis *Ioannis Bapt. Valeriano mag. caeremoniarum*, Arch. Caer. 612 p. 68-74). Hora 22 omnes card., qui aderant, ingressi sunt capellam Sixtinam et exceperunt iuramenta a principe Chisio mareschiallo conclavis et ab aliis officialibus. Hora 2 noctis private ingressus est conclave card. Coscia, qui in castro S. Angeli detinebatur, et sella vectus, quia graviter podagra affectus, em. decanum invisivit. Hora 4 noctis clausae sunt portae conclavis. 19 Febr. tempore primi scrutinii fuerunt in conclavi 32 card.; eodem die vespere circa horam 20 conclavistae in capella Sixtina iuramentum praestiterunt de non revelando quidquid de electione Pontificis scierent. 22 Febr. post scrutinium vespertinum ingressus est conclave card. Carafa, 25 Febr. expleto scrutinio serotino ingressus est card. Iudice et exivit card. Otthobonus infirmus, qui 29 Febr. ob. extra conclave hora prima noctis. 27 Febr. vespere expleto scrutinio ingressus est card. Accorambonus. 28 Febr. post scrutinium vespertinum ingressus est card. Massaeus (I, 3). Vespere eiusdem diei post hymnum «Veni Creator» et immediate ante scrutinium apoplectico ictu card. de Alteriis est vexatus, et illico e capella sella vectus est ad cellam. Post idem scrutinium ingressus est card. Passari (I, 14). 1 Mart. vespere ante scrutinii horam card. de Alteriis suam ultimam exaravit voluntatem; 2 Mart. nocte elapsa sacramento extremae unctionis est munitus. Vespere 5 Mart. post scrutinium ingressus est card. Lambertinus, 6 Mart. post scrutinium serotinum card. Spinula (I, 15). 8 Mart. post scrutinium matutinum exivit card. Belluga y Moncada infirmus, qui 24 Mart. post scrutinium matutinum rediit. 13 Mart. hora 4 c. quadrante antecedentis noctis exspiravit in conclavi card. Ioannes Bapt. de Alteriis ep. Praenestin.; vespere post scrutinium corpus defuncti card. ad capellam Paulinam asportatum et de sero hora prima noctis extra conclave delatum est. 15 Mart. vespere post scrutinium ingressus est card. Ferrerius. 19 Mart. post scrutinium vespertinum ingressus est card. de Ilcio (I, 28). 21 Mart. vespere post scrutinium ingressus est card. de Marinis. Vespere 23 Mart. absoluto scrutinio ingressus est card. de Rohan de Soubise. 24 Mart. vespere ante scrutinium ingressus est card Firrao (I, 8). 25 Mart. post scrutinium serotinum ingressus est card. Lercarius. 27 Mart. mane post scrutinium ingressus est card. Cincius (I, 17); vespere eiusdem diei post scrutinium ingressus est conclave card. de Turre Arverniae de Bouillon (I, 23). 28 Mart. post scrutinium matutinum ingressus est card. de Lanfredinis (I, 19); vespere eiusdem diei expleto scrutinio ingressi sunt card. de Kollonitsch et Musca (I, 12). 3 Apr. post scrutinium vespertinum ingressus est card. Stampa (I, 31). 19 Apr. vespere post scrutinium ingressi sunt card. Sinzendorf et Valenti Gonzaga (I, 30). Vespere 20 Apr. expleto scrutinio ingressus est card. Cybo. 8 Maii post scrutinium serotinum ingressus est card. Quirinus summo card.[lium] illum excipientium plausu. 10 Maii mane expleto scrutinio exivit card. Porzia infirmus, qui 10 Iun. circa solis occasum in palatio suae residentiae prope eccl. S. Mariae in Porticu vulgo Campitelli morbo inflammatorio diem clausit extremum an. agens 67. 24 Iun., postquam card. Cincius heri ad scrutinium rediit et ab omnibus fuit summo gaudio exceptus, ecce de repente mortuus inventus est in lecto, postquam hora 8 sacrum in proprio cubiculo persolvit; corpus card. defuncti expositum est in capella Paulina, et hora prima noctis delatum est ad portam conclavis card.[bus] subsequentibus (Ex diariis *Ignatii Reali in ipso conclavi caeremoniarum apost. mag.*, Arch. Caer. 86, 86b, 86c). 17 Aug. 1740 sextus recurrebat mensis a die 6 Febr. 1740, in quo s. mem. Clemens PP. XII diem clauserat extremum et sedes Petri vacabat, quae diutius equidem vacasset nisi ostendisset Altissimus, quem eligi in suum vic. ab em.[is] card. statuisset; nam praeter omnium exspectationem hic est electus, qui durante conclavi solummodo duobus vicibus nonnisi 4 vota habuit in scrutinio, qui pro alterius electione diutissime tunc certabat, et tantum aberat ab huiusmodi promotione, ut dum nonnulli electores de sua persona cogitarunt, ut eidem innotuit, quid de se sentiret, et operibus et sermone constantissime manifestavit. Expleto consueto scrutinio vespertino 16 Aug., in quo card. Lambertinus nullum votum habuit (nam Picus habuit votum 1, Corradinus 1, Guadagni 1, Aldrovandus 31, Lanfredinus 17), auditus est per conclave certus rumor, qui em.[um] Lambertinum creatum in Summum Pont. referebat; propterea nonnulli card. irruentes paene in eum primam oboedientiam manus osculo praestiterunt, obstupuit ipse et aufugit in propriam cellam; sed insequentibus aliis c. illis, instantanee futurum Pontificem de mane eligendum omnes agnoverunt, et manus osculo sponderunt, lacrimis cepit electioni respondere. Insomnes fuerunt electores, solus eligendus noctem transegit, ac si de ipso actum non fuisset; et vix lucescente die ad cellam em.[i] Lambertini fere omnes accesserunt card.[les], ut ipsum paene e cella rapientes festinanter ad scrutinium deducerent. Celebrata de more missa de eligendo Sanctique Spiritus invocato praesidio ad scrutinium deventum est, in quo unanimiter, scil. 50 votis ex 51 card.[bus] (ipse votum dedit em.[o] Aldrovando), electus est in Summum Pont., servato ritu, qui diutius est protractus, nam diu oravit, antequam electioni de se factae consensum praeberet. Neoelectus nomine Benedicti XIV selecto, papali habitu indutus in capella card.[les] omnes ad primam excepit oboedientiam. Card. de Marinis prior diac. card. licentiam iuxta consuetum ritum electionem publicandi e lodia benedictionis in bas. fronte sita expostulavit, et immediate executa est immenso adstante populo in platea. Vespere S.[mus] D.N. admisit regem Britanniae una cum filiis. Postea S.[mus] D.N. in capella Sixtina card.[les] ad pedis et manus osculum, indeque ad amplexum ex utroque latere admisit. Oboedientia expleta Papa sella gestatoria summo et inexorabili plausu in bas. Vaticanam est delatus, ubi card. decan. praestita oboedientia S.[mo] D.N. intonuit hymnum «Te Deum» prosequentibus cantoribus, donec ab em.[is] card. est oboedientia praestita S.[ti] S. Expleto hymno a Summo Pont. benedictio impertita est; deinde S.S. card.[les] dimisit, et sella gestatoria ad suas mansiones Pal. Vaticani delata est (Ex diariis *Ignatii Reali praef. caeremoniarum apost.*, Arch. Caer. 593 f. 2-5').

[3]) 21 Aug. 1740 S.[mus] D.N. Benedictus PP. XIV in lodia bas. Vaticanae a card. de Marinis priore diac. card. thiara de more coronatus est (Arch. Caer. 593 f. 6 ss.; 612 p. 110-137).

[4]) 30 Apr. 1758, cum his transactis diebus S.S. et febri et pectoris anxietate graviter laborasset, de sero per epistolam secretariae Status em.[o] vicario significatum est, ut collecta pro Summo Pont. infirmo in missa adderetur, de repente hac nocte miseratione divina ita allevatus est morbus, ut. s. communione non in forma viatici refici intra missae celebrationem potuisset. 1 Maii iterum Papa s. communione in lecto iacens intra missae celebrationem per suum capellanum secretum prope ianuam sui cubiculi se refecit. Nocte autem eiusdem diei ingravescente morbo habito vero lethali ab ipso Pontificis physico, Papa in forma viatici S.[mum] Sacramentum sumpsit, et extrema unctione munitus est. 2 Maii card.[les] moniti a secretario Status omnes ad Pal. Apost. accesserunt advocatis etiam generalibus ordinum mendicantium, et post emissam iterum per Papam subscriptam fidei professionem, iussit S.S. ut card. Galli maior poenitentiarius introduceretur, eidemque facultatem dedit, ut sibi plenariam indulgentiam applicaret, ut fecit; postea iussit, ut admitterentur generales ordinum mendicantium, a quibus facultate per Pontificem pariter attributa benedictiones et indulgentias cuilibet ordini eorum indultas, summa religione recepit. Inter generales adfuit etiam R. P. Timoni vic. gen. S.I., qui exhibuit Pontifici applicationem 5000 missarum, de qua gratias egit Papa et iussit publicandum decretum pro beatificatione ven. servi Dei Francisci de Hieronymis sacerdotis professi S.I. Em. card. vic. iniunxit, ut in omnibus sacrificiis adderetur collecta pro Pontifice morti proximo, ac in patriarch.

eccl.iis publicae venerationi S. Sacramentum exponeretur, ut et in eccl. SS. Vincentii et Anastasii parochiali Pal. Quirinalis actum illico est. Per totam diem semper vis morbi aucta est. 3 Maii Pontifex in agone constitutus, dum missa votiva prope cubiculum per capellanum secretum pro infirmis c. oratione pro morti proximo celebrabatur, circa horam 12¼, adstante confessario animae commendationem peragente, necnon card. Hieronymo Columna, RR. DD. Marco Antonio Columna praef. Pal. Apost. et Theodoro Boccapaduli praef. Cubiculi et Ignatio Reali mag. caeremoniarum ac aliis Pontificis familiaribus, placidissime exspiravit, aet. an. 83, m. 1, d. 3, pontificatus vero an. 17, m. 8, d. 16. Maximus fuit luctus totius Urbis de morte tanti Pontificis, cuius memoria vivet in aeternum (Arch. Caer. 601 p. 151-153; 87 p. 3). Circa horam 15 a camer. S.R.E. facta est recognitio cadaveris Pontificis et traditio anuli piscatoris executa est a Cubiculi praef.o in manibus em.i camer. Circa horam 16 pulsata est Capitolii campana. 4 Maii de mane ad pinacothecam accesserunt professores anatomici, qui Pontificis cadaver aperuerunt. Balsamo illitum cadaver atque indutum vestibus in aula B.M.V. nunc. de Maratta expositum est. Circa horam primam noctis cadaver Pontificis a Pal. Apost. Quirinali ad Pal. Apost. Vaticanum in capellam Sixtinam translatum est. Poenitentiarii bas. Vaticanae tota nocte psallentes officio custodum Papae functi sunt. 5 Maii in Pal. Vaticano in aula paramentorum hora 13 fuit prima congr. gen. card.lium, in qua expleto iuramento a singulis card. emisso, primus caeremoniarum mag. ab em. camer. S.R.E. accepit anulum piscatoris et in card.lium facie rupit. Expleta congr.e card.les bini et bini ingressi sunt capellam Sixtinam, a qua processionali ritu per scalam regiam cadaver Pontificis translatum est in bas. Vaticanam et delatum ad sacellum S.mi Sacramenti, clausis illico cancellis; cadaver appropinquatum est ad cancellos, ut populus, qui erat innumerus, pedes Pontificis osculari posset. 6 Maii in choro bas. Vaticanae cantata est prima novendialis missa a card. Guadagni subdecano. 7 Maii circa horam 22 cadaver Pontificis in chorum bas. Vaticanae translatum est, ubi adstantibus defuncti creaturis card.bus R.P.D. Lascaris vic. bas. ritum absolutionis peregit. Sigillata capsa a card. camer. S.R.E. et praef. Pal. Apost. delata est ad locum supra portam parvi chori (Arch. Caer. 90 p. 1-31). 29 Aug. 1768 in bas. S. Petri facta est translatio cadaveris Benedicti PP. XIV e loco depositi ad illud novum erectum prope sacellum B.M.V. dictum Gregorianum (Arch. Caer. 618 p. 70-71).

53) Cum Brevi Apost. 27 Nov. 1761 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 3655 f. 86'). In consist. publico 22 Iun. 1769 habito Clemens PP. XIV, postquam in capella pontif. solitum iusiurandum emisit card. de la Cerda, eum admisit ad osculum pedis, manus et oris, cui deinde eadem S.S. pileum purpureum c. solitis caeremoniis imposuit (AC 37 f. 11). In consist. secreto 26 Iun. 1769 S.mus D.N. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit eique anulum cardinal. tradidit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 12, 12').

54) Ortus Matriti 23 Mart. 1724; ob. Matriti 6 Maii 1777 (AC 38 f. 206-206').

27. **Christophorus de Migazzis de Valle a Soleturin** (von Migazzi von Waal und Sonnenthurn),[55]) Tridentin., archiep. Viennen. in Austria = tt. SS. IV Coronatorum 3 Apr. 1775, † 14 Apr. 1803.[56])
28. **Antonius Clairiardus de Choiseul de Beaupré,**[57]) Gallus, archiep. Bisuntin. = † 7 Ian. 1774.[58])
29. **Ioannes Franciscus Iosephus Rochechouart,** Gallus, ep. Laudunen. = tt. S. Eusebii 25 Ian. 1762, † 20 Mart. 1777.[59])
30. **Franciscus Christophorus von Hutten in Stolzenberg,**[60]) German., ep. Spiren. = † 20 Apr. 1770.[61])
31. **Henrichettus Virginius Natta,**[62]) Casalen., O.P., ep. Alben. = † 29 Iun. 1768.[63])
32. **Ioannes Molino,**[64]) Venetus, ep. Brixien. = tt. S. Sixti 26 Iun. 1769, † 14 Mart. 1773.[65])
33. **Ludovicus Constantinus de Rohan-Guéménée,**[66]) Gallus, ep. Argentinen. = † 11 Mart. 1779.[67])
34. **Balthassar Cincius** (Cenci), Roman., bas. principis Apost. can. et S. Consultae secr. = tt. S. Mariae in Aracoeli 25 Ian. 1762, † 2 Mart. 1763.[68])
35. **Cornelius Caprara,**[69]) Bononien., Urbis gub. et vice-camer. = tt. SS. Cosmae et Damiani 25 Ian. 1762, † 5 Apr. 1765.[70])

e) *in quinta promotione 18 Iul. 1763 habita.*[71])

36. **Simon Bonaccursius** (Buonaccorsi),[72]) Maceraten., Sign.ae Gratiae votans et S. Congr. Ep.orum et Reg. secr. = tt. S. Ioannis ante Portam Latinam 22 Aug. 1763, † 27 Apr. 1776.[73])
37. **Andreas Nigronus** (Negroni),[74]) Roman., prot. apost. et S.tis S. aud. = tt. S. Mariae in Aquiro 22 Aug. 1763, tr. ad tt. SS. Viti et Modesti 5 Iun. 1765, ad tt. S. Agathae in Suburra 13 Dec. 1779, † 17 Ian. 1789.[75])

f) *in sexta promotione 21 Iul. 1766 habita.*[76])

38. **Ioannes Octavius Bufalini,**[77]) Tifernas, archiep. Chalcedonen i.p.i. et Pal. Apost. praef. = tt. S. Mariae Angelorum in Thermis 6 Aug. 1766, † 3 Aug. 1782.[78])
39. **Ioannes Carolus Boschi,**[79]) Faventin., archiep. Athenarum i.p.i. et S.mi D.N. Cubiculi praef. = tt. SS. Ioannis et Pauli 6 Aug. 1766, tr. ad tt. S. Laurentii in Lucina 20 Sept. 1784, † 6 Sept. 1788.[80])

g) *in septima promotione 26 Sept. 1766 habita.*[81])

---

55) Cum Brevi Apost. 27 Nov. 1761 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 3655 f. 86). 16 Dec. 1769 deput. protect. O.S.Pauli (S. Br. 3688 f. 1). In consist. publico 16 Mart. 1775 Pius PP. VI, postquam in sacello Sixtino solitum iusiurandum emisit card. de Migazzis, eundem admisit ad osculum pedis, manus et oris, cui deinde S.S. galerum rubrum c. solitis caeremoniis imposuit (AC 38 f. 60). In consist. secreto 3 Apr. 1775 habito S.mus D.N. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.l assign. (l. c. ff. 61, 66').

56) Ob. Viennae 14 Apr. 1803 (Vienna, Proc. n. 644).

57) Cum Brevi Apost. 27 Nov. 1761 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 3655 f. 86').

58) Ob. in civ. Bisuntin. 7 Ian. 1774 (P. Cons. 166 f. 71; Arch. Caer. 619 f. 4; 628 p. 14).

59) Ob. Parisiis 20 Mart. 1777 (AC 38 f. 206).

60) Cum Brevi Apost. 27 Nov. 1761 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 3655 f. 86').

61) Ob. 20 Apr. 1770 (P. Cons. 159 f. 381). Numquam in Urbem venit, etiam in ultimis comitiis, nec galerum rubrum recepit (Arch. Caer. 618 p. 146).

62) Cum Brevi Apost. 27 Nov. 1761 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 3655 f. 89).

63) Ob. Albae 29 Iun. 1768 (AC 36 f. 350; Arch. Caer. 618 p. 64-65).

64) Cum Brevi Apost. 27 Nov. 1761 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 3655 f. 89). In consist. publico 22 Iun. 1769 Clemens PP. XIV, postquam in capella pontif. solitum iusiurandum emisit card. Molino, eum admisit ad osculum pedis, manus et oris, cui deinde eadem S.S. pileum purpureum c. solitis caeremoniis imposuit (AC 37 f. 11). In consist. secreto 26 Iun. 1769 habito S.mus D.N. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.l assign. (l. c. ff. 12, 12').

65) Ob. Brixiae 14 Mart. 1773; post peractum funus in sua cathedr. tumulatus est (AC 37 f. 267).

66) Cum Brevi Apost. 27 Nov. 1761 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 3655 f. 86').

67) Ob. Parisiis 11 Mart. 1779; post funus peractum ad suam eccl. Argentinen. asportatus ibique iustis persolutis tumulo conditus est (AC 39 f. 98; Cardinali 167 f. 245).

68) Ob. 2 Mart. 1763 in portu Antio; iusta habita sunt in s. aede Neptuni, ibique loco depositi humatus est; circa mediam noctem 16 Febr. 1764 eius corpus Romam translatum et in eccl. S. Mariae in Aracoeli tumulatum est (AC 35 f. 430 s.; Diario 7278 p. 2-3).

69) 7 Nov. 1762 prom. ad ord. subdiac.tus (Diario 7077 p. 6), 14 Nov. 1762 ad ord. diac.tus (Diario 7080 p. 6).

70) Ob. in aula regia Pal. Vaticani 5 Apr. 1765; corpus de sero delatum est ad eius palatium; iustis persolutis in eccl. SS. XII Apostolorum, in eius diaconia tumulatum est (Arch. Caer. 606 p. 68 ss.).

71) In consist. secreto 18 Iul. 1763 habito S.mus D.N. creavit et declaravit 2 S.R.E. card.les, scil. *pbr.*um Simonem Bonaccursium, Signaturae Gratiae votantem et S. Congr. Ep.orum et Regul. secr., *diac.*um Andream Nigronum, prot. apost. et S.tis S. aud. (AC 35 f. 409). In consist. publico 21 Iul. 1763 habito, post emissum in sacello pontif. consuetum iusiurandum, card.les Bonaccursius et Nigronus a S.S. c. solitis caeremoniis purpureo pileo insigniti sunt (l. c. f. 418'). In consist. secreto 22 Aug. 1763 habito S.mus D.N. clausit os de more dictis card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.l assign. (l. c. ff. 419', 423).

72) 17 Dec. 1763 prom. ad ord. pbr.tus (Arch. Caer. 605 p. 180). 27 Ian. 1772 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

73) Ortus Maceratae 17 Nov. 1708; ob. Romae 27 Apr. 1776 et in eccl. S. Mariae Lauretanae nationis Picenae iustis ibidem persolutis tumulatus est (AC 38 f. 166).

74) 22 Mart. 1760 prom. ad ord. subdiac.tus (Arch. Caer. 603 p. 53). 14 Maii 1765 deput. protect. O.Cist. (S. Br. 3575 f. 17), 20 Mart. 1772 protect. O.S.Bas. (S. Br. 3740 f. 1). 5 Oct. 1767 fit secr. Brevium Secretorum (S. Br. 3656 f. 535). 3 Mart. 1775 fit dat. S.tis S. (S. Br. 3812 f. 3-4).

75) Ortus Romae 2 Nov. 1710; ob. Romae 17 Ian. 1789; funera peracta sunt in eccl. S. Augustini, inde eius corpus ad eccl. SS. Bartholomaei et Alexandri asportatum et in sepulchro domus eius ibi existente tumulatum est (AC 40 f. 209).

76) In consist. secreto 21 Iul. 1766 habito S.mus D.N. creavit et declaravit 2 S.R.E. *pbr.* card.les, scil.: Ioannem Octavium Bufalini archiep. Chalcedonen. et praef. Pal. Apost., Ioannem Carolum Boschi archiep. Athenarum et S.mi D.N. Cubiculi praef. (AC 36 f. 172'). In consist. publico 24 Iul. 1766 habito, postquam in sacello pontif. solitum iusiurandum emiserunt, card.les Bufalini et Boschi admissi sunt a S.S. ad osculum pedis, manus et oris, quibus deinde S.S. pileum purpureum propriis manibus c. consuetis caeremoniis imposuit (l. c. f. 166). In consist. secreto 6 Aug. 1766 habito S.mus D.N. clausit os de more dictis card., deinde in eodem consist. aperuit c. tt.l assign. (l. c. ff. 176, 178').

77) 1 Dec. 1766 promovetur ad Anconitan. (cf. Anconitan.).

78) Ob. 3 Aug. 1782 in castro vulgo Montesicuro nunc. suae dioec., funebris completis in sua cathedr. ibidem sepultus est (AC 39 f. 246; Vescovi 309 f. 250-250').

79) 8 Mart. 1773 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

80) Prior card. pbr.orum et poenit. maior, ob. Romae 6 Sept. 1788; iustis persolutis in eccl. sua tit. ibi tumulatus est (AC 40 f. 164').

81) In consist. secreto 26 Sept. 1766 habito S.mus D.N. creavit et declaravit 13 S.R.E. card.les, scil. *pbr.*os: Ludovicum Calini patr. Antiochen. et praeceptorem archihospitalis S. Spiritus in Saxia, Nicolaum Serra archiep. Mitylenen. et causarum Cam. Apost. aud. gen., Nicolaum Oddi archiep. Ravennaten., Antonium Branciforte archiep. Thessalonicen. et Urbini praesidentem, Lazarum Opitium Pallavicinum archiep. Naupacten., Vitalianum Borromaeum archiep. Thebarum, Petrum Pamphi-

40. **Ludovicus Calini,**[82]) Brixien., patr. Antiochen. et apost. archihospitalis S. Spiritus in Saxia praeceptor = tt. S. Anastasiae 1 Dec. 1766, tr. ad tt. S. Stephani in Monte Coelio 4 Mart. 1771, † 9 Dec. 1782.[83])

41. **Nicolaus Serra,**[84]) Ianuen., archiep. Mitylenen. i.p.i. et causarum Cam. Apost. aud. gen. = tt. S. Crucis in Hierusalem 1 Dec. 1766, † 14 Dec. 1767.[85])

42. **Nicolaus Oddi,**[86]) Perusin., archiep. Ravennaten. = tt. S. Mariae in Aracoeli 1 Dec. 1766, † 25 Maii 1767.[87])

43. **Antonius Colonna Branciforte,**[88]) Panormitan., archiep. Thessalonicen. i.p.i. et Urbini praesidens = tt. S. Mariae in Via 6 Apr. 1767, † 31 Iul. 1786.[89])

44. **Lazarus Opitius Pallavicinus** (Pallavicini),[90]) Ianuen., archiep. Naupacten. i.p.i. = tt. SS. Nerei et Achillei 20 Iun. 1768, tr. ad tt. S. Petri ad Vincula 14 Dec. 1778, † 23 Febr. 1785.[91])

45. **Vitalianus Borromaeus** (Borromeo),[92]) Mediolanen., archiep. Thebarum i.p.i. = tt. S. Mariae in Aracoeli 19 Dec. 1768, tr. ad tt. S. Praxedis 15 Dec. 1783, † 7 Iun. 1793.[93])

46. **Petrus Pamphilius** (Pamphili al. Pamfili),[94]) Roman., archiep. Colossen. i.p.i. = tt. S. Mariae trans Tiberim 1 Dec. 1766, † 4 Dec. 1780.[95])

47. **Iosephus Simonetti,** Roman., archiep. Petren. i.p.i. et S. Congr. Ep.orum et Reg. secr. = tt. S. Marcelli 1 Dec. 1766, † 4 Ian. 1767.[96])

48. **Urbanus Paracciani,**[97]) Roman., archiep. Firman. = tt. S. Calixti 15 Iun. 1767, † 2 Ian. 1777.[98])

49. **Philippus Maria Pirellius** (Pirelli), Neapolitan., archiep. Damascen. i.p.i. et S. Congr. Conc. Trid. secr. = tt. S. Chrysogoni 1 Dec. 1766, † 10 Ian. 1771.[99])

50. **Aeneas Sylvius Piccolomineus** (Piccolomini),[1]) Senen., Urbis gub. et vice-camer. = tt. S. Adriani 1 Dec. 1766, † 18 Nov. 1768.[2])

51. **Xaverius Canale** al. **Canali,**[3]) Interamnen., Cam. Apost. thesaur. gen. = tt. S. Mariae de Scala 1 Dec. 1766, † 20 Mart. 1773.[4])

52. **Benedictus Veterani,** Urbinas, S. Congr. Roman. et universalis Inquisitionis assessor = tt. SS. Cosmae et Damiani 1 Dec. 1766, † 12 Aug. 1776.[5])

---

lium archiep. Colossen., Iosephum Simonetti archiep. Petren. et S. Congr. Ep.orum et Reg. secr., Urbanum Paracciani archiep. Firman., Philippum Mariam Pirellium archiep. Damascen. et S. Congr. Conc. Trid. secr.; *diac.os*: Aeneam Sylvium Piccolomineum, Urbis gub. et vice-camerarium, Xaverium Canale, Cam. Apost. thesaur. gen., Benedictum Veterani, S. Congr. Inquisitionis assessorem (AC 36 f. 213'-214). In consist. publico 30 Sept. 1766 habito S.mus D.N. admisit ad osculum pedis, manus et oris card. Calini, Serra, Oddi, Simonetti, Pirelli, Piccolomini, Canale, Veterani Romae commorantes, postquam solitum iusiurandum in capella pontif. emiserunt, quibus deinde eadem S.S. pileum purpureum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 215'). In consist. publico 27 Nov. 1766 S.mus D. N., post emissum solitum iusiurandum in sacello pontif. a card. Pamphilio, admisit eum ad osculum pedis, manus et oris, cui deinde S.S. galerum rubrum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 217). In consist. secreto 1 Dec. 1766 habito S.mus D.N. clausit os de more ultimo dictis 9 card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 218, 225-225').

[82]) 28 Febr. 1774 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[83]) Ob. Brixiae 9 Dec. 1782 (AC 39 f. 246).

[84]) 1 Dec. 1766 deput. leg. Ferrariae ad triennium (AC 36 f. 224').

[85]) Nat. Ianuae 17 Nov. 1706; ob. Ferrariae 14 Dec. 1767 (AC 36 f. 311').

[86]) 1 Dec. 1766 deput. leg. Romandiolae (AC 36 f. 225). 8 Maii 1767 fit superintendens aquis Romandiolae (S. Br. 3615 f. 1-2).

[87]) Ob. Aretii 25 Maii 1767; in eccl. S.I. tumulo conditus est (AC 36 f. 311').

[88]) Cum Brevi Apost. 3 Oct. 1766 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 3656 f. 130). In consist. publico 2 Apr. 1767 habito S.mus D.N., post emissum a card. Branciforte solitum iusiurandum in sacello pontif., eum admisit ad osculum pedis, manus et oris, cui deinde eadem S.S. pileum rubrum c. solitis caeremoniis imposuit (AC 36 f. 256). In consist. secreto 6 Apr. 1767 habito S.mus D.N. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 257, 259'). 15 Apr. 1766 promovetur ad Agrigentin. (cf. Agrigentin.). 26 Iun. 1769 deput. leg. Bononiae (AC 37 f. 12). 13 Mart. 1775 confirmatur leg. Bononiae ad triennium (AC 38 f. 58).

[89]) Ob. Agrigenti 31 Iul. 1786; funera celebrata sunt in eius cathedr., inde ibi tumulatus est (AC 40 f. 87; Vescovi 313 f. 209).

[90]) 1 Dec. 1766 deput. leg. Bononiae (AC 36 f. 225). Cum Brevi Apost. 29 Dec. 1766 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 3656 f. 140). In consist. publico 19 Maii 1768 habito S.S. ornavit galerc cardinal. card. Pallavicinum, pridem nunt. apost., qui Ianua ad Urbem accessit, quique a solemni equitatione a S.S. dispensatus ad Quirinalem aulam se contulit, solitum iusiurandum in sacello pontif. emisit et inde consist. est ingressus (AC 36 f. 335). In consist. secreto 20 Iun. 1768 habito S.mus D.N. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 336, 341). M. Maii 1769 fit secr. Status (S. Br. 3677 f. 1). 13 Apr. 1774 deput. protect. Congr. Coelestinorum (S. Br. 3787 f. 1). 29 Ian. 1776 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B). 16 Ian. 1781 deput. protect. O.P. (S. Br. 3947 p. 29). 3 Oct. 1783 deput. plenipotentiarius ad concludendum tractatum c. oratore reipublicae Venetae (S. Br. 4011 f. 1-1').

[91]) Ob. Romae 23 Febr. 1785; exequiis peractis in eccl. S. Mariae supra Minervam eius corpus in eccl. Eremitarum Baptistinarum tumulatum est (Tit. f. 136).

[92]) Cum Brevi Apost. 1 Oct. 1766 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 3656 f. 127). In consist. publico 17 Nov. 1768 habito S.mus D.N. ornavit pileo purpureo card. Borromaeum, pridem nunt. apost. Viennae, qui ad Urbem paucis abhinc diebus accesserat, quique a solemni equitatione dispensatus ad Quirinalem aulam se contulit, solitum iusiurandum in sacello pontif. emisit, deinde consist. ingressus est (AC 36 f. 345). In consist. secreto 19 Dec. 1768 S.S. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 346, 349). 19 Dec. 1768 deput. leg. Romandiolae ad triennium (l. c. f. 349). 13 Mart. 1775 confirm. legatio Romandiolae (AC 38 f. 58). 17 Sept. 1790 deput. protect. O.F.M.Cap. (S. Br. 4170 f. 1-1').

[93]) Ob. Romae 7 Iun. 1793; iustis persolutis in eccl. sua tit. S. Praxedis ibidem tumulatus est (Diario 1926 p. 5-8).

[94]) Cum Brevi Apost. 3 Oct. 1766 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 3656 f. 130'). 13 Febr. 1776 deput. protect. O.E.S.Aug. (S. Br. 3834 f. 1-1'). 17 Febr. 1777 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[95]) Ob. Veronae 4 Dec. 1780 (AC 39 f. 144-144').

[96]) Ob. Romae 4 Ian. 1767; iustis persolutis in eccl. S. Marcelli eius corpus ibi sepultum est (AC 36 f. 311).

[97]) Cum Brevi Apost. 27 Sept. 1766 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 3656 f. 109). In consist. publico 11 Iun. 1767 habito S.mus D.N., post emissum a card. Paracciani solitum iusiurandum in sacello pontif., eum admisit ad osculum pedis, manus et oris, cui deinde eadem S.S. galerum rubrum c. solitis caeremoniis imposuit (AC 36 f. 279). In consist. secreto 15 Iun. 1767 habito S.mus D.N. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 280, 282').

[98]) Ob. Firmi 2 Ian. 1777; in metrop. eiusdem civ. sepultus est (AC 38 f. 206).

[99]) Ob. Romae 10 Ian. 1771; iusta persoluta sunt in eccl. S. Mariae in Vallicella ibique tumulatus est (AC 37 f. 160).

[1]) 16 Ian. 1768 deput. protect. Congr. Vallis Umbrosae O.S.B. (S. Br. 3630 f. 12). 25 Ian. 1768 deput. leg. Romandiolae (AC 36 f. 321').

[2]) Nat. Senis 22 Aug. 1709; ob. Arimini 18 Nov. 1768 (AC 36 f. 350').

[3]) 14 Apr. 1767 deput. protect. O. Bethlemitarum in Indiis occident. (S. Br. 3613 f. 1).

[4]) Nat. in civ. Interamnen. 15 Febr. 1695 (Arch. Caer. 93 f. 40). Ob. Romae 20 Mart. 1773; exequiae celebratae sunt in eccl. S. Marcelli, ibique depositi loco tumulo traditus, usquedum translatus fuerit ad eccl. ab eodem card. aedificatam in praedio Piè del Monte nunc., a civ. Interamnen. 3 millia distante, iuxta suam ultimam voluntatem (AC 37 f. 267-267'; Diario 8460 p. 7-12).

[5]) Nat. Urbini 18 Oct. 1702 (Arch. Caer. 93 f. 40). Ob. Romae 12 Aug. 1776; exequiae celebratae sunt in eccl. S. Mariae de Vallicella ibique sepultus est (Arch. Caer. 619 ff. 35, 36-37).

IV. Clemens XIV

Antea Laurentius Ganganelli, tt. SS. XII Apostolorum pbr. card.,[1]) electus 19 Maii 1769,[2]) coronatus 4 Iun. 1769,[3]) † 22 Sept. 1774.[4])

---

[1]) Cf. S.R.E. card. III, 21.

[2]) Absolutis exequiis novendialibus pro anima s. mem. Clementis PP. XIII 15 Febr. 1769 in choro bas. Vaticanae missa de Spiritu Sancto cantata est a card. Lante S.[1] Coll. sub-decano, qua solemni ritu expleta R.P.D. Assemani archiep. Apamien. elegantem orationem habuit ad card.[les] de electione Pontificis. Intonato hymno «Veni Creator» card.[les] processionaliter ingressi sunt conclave ad sacellum Paulinum euntes, ubi em. decan. hortatus est card.[les] ad Pontificis electionem. Deinde singuli em. Patres iuraverunt observare constitutiones circa electionem Summi Pont. Quibus expletis alii card.[les] ad respectivas cellas ierunt, alii vero palatia propria petierunt, vespere ad conclave reversuri. Hora 22 em. Patres in conclavi praesentes in capella Sixtina exceperunt solitum iuramentum a principe Chisio maresciallo conclavis ceterisque officialibus. Hora 3 noctis clausae sunt portae conclavis. 16 Febr. ante scrutinium matutinum solitum iuramentum praestiterunt card. Stoppanus (II, 40) et Borromaeus (III, 45), qui die praecedenti abfuerunt a sacello Paulino. Vespere eiusdem diei ante scrutinium conclavistae praestiterunt iuramentum se nihil fore dicturos de visu vel auditu ad Pontificis electionem pertinens. In congr. gen. mane 21 Febr. post scrutinium habita lecta est epistola em.[i] Durini (II, 42) poscentis dispensationem accedendi ad conclave attenta eius senectute; a prandio eiusdem diei post scrutinium ingressus est card. a Lanceis (II, 36). 2 Mart. vespere ingressus est card. Paracciani (III, 48). In congr. gen. 3 Mart. post scrutinium matutinum lecta est epistola card. Potier de Gesvres (II, 62) poscentis dispensationem accedendi ad conclave attenta corporis aegritudine. 5 Mart. post scrutinium vespertinum ingressus est card. Bufalini (III, 38). Vespere 13 Mart. post scrutinium ingressus est card. Caracciolus (III, 22). 15 Mart. hora 11 c. dimidio Romam pervenit Iosephus II imperator. Eodem die post scrutinium vespertinum ingressus est card. Malvetius (II, 45). 16 Mart. vespere expleto scrutinio em. Patres perrexerunt ad conclavis ianuam, eo quod card. Alexander Albanus loqui cupiebat cum magno duce Hetruriae, qui ad conclave erat accessurus. Habito itaque nuntio de magni ducis adventu aperta est porta et in conspectu S. Coll. inopinate c. eodem principe comparuit Iosephus II imperator, qui invitatus a S. Coll. visitavit conclave. Tempore, quo imperator morabatur in aula regia, ingressus est conclave em. Spinula (III, 9). 17 Mart. lecta est epistola card. de Rodt (II, 63) poscentis dispensationem accedendi ad conclave attenta eius aegra valetudine. Eodem die hora pomeridiana ingressus est em. Priolus (III, 2). 20 Mart. post scrutinium vespertinum ingressi sunt card. de Albert de Luynes (II, 61) et Pallavicinus (III, 44). Vespere 21 Mart. post scrutinium ingressus est card. Sersalius (II, 54). 25 Mart. post scrutinium serotinum ingressus est card. de Pierre de Bernis (III, 3). 31 Mart. post scrutinium vespertinum ingressus est card. de Comitibus (III, 19) in sede attenta corporis infirmitate et senectute. Vespere 5 Apr. post scrutinium ingressi sunt card. Guidobonus Cavalchinus (II, 4) decan. et Molino (III, 32) ep. Brixien., cui cum sequestrati essent a republica Veneta redditus ecclesiae, idem privatim Romam accessit in curru clauso. 7 Apr. post scrutinium vespertinum ingressus est card. Branciforte (III, 43). 9 Apr. lecta est epistola em.[i] de Saldanha da Gama (II, 64), in qua veniam poscebat minime accedendi ad conclave. 15 Apr. post scrutinium serotinum ingressus est card. Puteobonellus (II, 11). 27 Apr. hora pomeridiana post scrutinium ingressus est card. de Corduba Spinula de la Cerda (III, 26). 30 Apr. post scrutinium serotinum ingressus est card. de Solís Folch de Cardona (II, 59). 6 Maii post scrutinium matutinum exivit e conclavi card. Lantes (II, 7) subdecanus, qui rediit in conclave 19 Maii mane ante scrutinium. 9 Maii tempore scrutinii vespertini card. de Comitibus (III, 19) ita infirmabatur, ut inhabilis esset dandi suffragium suum. 18 Maii post scrutinium vespertinum hora prima noctis em. Patres convenerunt in sententiam eligendi omnes unanimi consensu in Summum Pont. card. Laurentium Ganganelli, qui, cum in sua commoraretur cella, vidit in suam ingredi cellam totum S. Coll. cupiens suam osculari manum, quod facere recusavit. 19 Maii 1769 post menses 3 et dies 4 conclavis em. Patres iuxta morem in capella Sixtina convenientes ibique ante consuetum scrutinium Spiritus Sancti lumen et gratiam implorantes unanimiter in Summum Pont. elegerunt Laurentium card. Ganganelli, tt. SS. XII Apostolorum, O.F.M.Conv., oriundum civ. S. Angeli vulgo in Vado natumque in oppido S. Archangeli [Sant'Arcangelo] dioec. Ariminen. 31 Oct. 1705. Suffragium suum dedit em.[o] Rezzonico, eo quod esset creatura Clementis PP. XIII. Card. Ganganelli solus erat in S. Coll. ex ordine regularium. Functo ritu consueto postulatus neoelectus a card. Guidobono Cavalchino S. Coll. decano, utrum Pontificatus apicem acceptaret, is uniformis voluntati Dei factus assensus est sibique nomen Clementis XIV imposuit. Indutus pontificalibus indumentis in sella gestatoria sedens primam oboedientiam card.[lium] accepit. Card. S.R.E. camerarius praestita oboedientia anulum piscatoris in digito imposuit. Dum autem oboedientiae actio prosequeretur, em. Alexander Albanus prior in ordine diac.[orum], petito permissu a S.S., ad magnum supra porticum bas. Vaticanae podium se contulit et Summi Pontificis electionem pronuntiavit. A prandio hora circiter 21 in capella Sixtina ab universo S. Coll. pro secunda vice praestita est oboedientia. Inde Papa sede gestatoria compositus concomitante cuncto S. Coll. per scalam regiam in bas. Vaticanam descendit. Ante altare S.[mi] Sacramenti preces emisit. Indeque apud altare papale card.[les] pro tertia vice ad oboedientiam excepit. Expleto hymno «Te Deum» Papa iuxta solitum pontificalem ritum immenso populo totam bas. adimplenti primam publicam solemnemque apost. benedictionem impertivit (Ex diariis *Ioannis Bapt. Valeriano caeremoniarum apost. in ipso conclavi mag.*, Arch. Caer. 88 p. 63-342; 90 p. 141-231). Card.[les] praesentes in hoc conclavi fuerunt sequentes: *ep.*[i] Guidobonus Cavalchinus (II, 4), Lantes (II, 7), Ioannes Franciscus Albanus (II, 34), dux Eboracensis (II, 37), Serbellonus (II, 39), Stoppanus (II, 40); *pbr.*[i]: Puteobonellus (II, 11), a Lanceis (II, 36), Malvetius (II, 45), Sersalius (II, 54), de Solís Folch de Cardona (II, 59), de Albert de Luynes (II, 61), Rezzonicus (III, 1), Priolus (III, 2), de Rubeis (III, 4), Spinula (III, 9), Castellius (III, 13), Elephantutius (III, 15), Guglielmi (III, 17), de Comitibus (III, 19), Ganganelli (III, 21), Columna (III, 24), de Corduba Spinula de la Cerda (III, 26), Molino (III, 32), Bonaccursius (III, 36), Bufalini (III, 38), Boschi (III, 39), Calini (III, 40), Branciforte (III, 43), Pallavicinus (III, 44), Borromaeus (III, 45), Pamphilius (III, 46), Paracciani (III, 48), Pirelli (III, 49); *diac.*[i]: Alexander Albanus (Hierarchia V, S.R.E. card. VII, 3), Nereus Maria Corsinus (I, 5), Ursinus (II, 24), Chisius (II, 50), Torrigianus (II, 53), de Pierre de Bernis (III, 3), Caracciolus (III, 22), Perrellius (III, 23), Andreas Corsinus (III, 25), Nigronus (III, 37), Canale (III, 51), Veterani (III, 52). Card.[les] minime praesentes in conclavi fuerunt sequentes: Oddus (II, 6), Durinus (II, 42), de Corduba (II, 55), de Saldanha da Gama (II, 64), de Rodt (II, 63), Potier de Gesvres (II, 62), de Choiseul de Beaupré (III, 28), de Migazzis (III, 27), de Rohan Guéménée (III, 33), de Hutten in Stolzenberg (III, 30), Rochechouart (III, 29) (Arch. Caer. 93 f. 40 ss.).

[3]) Dominica 28 Maii 1769 S.[mus] D.N. in bas. Vaticana ab em. Lante ep. Portuen. et S. Rufinae sub-decano, assistentibus card. Ioanne Francisco Albano ep. Sabinen. et duce Eboracen. ep. Tusculan. consecrationem epalem accepit (Arch. Caer. 625 sine f.; 90 p. 236-359; 625 sine f.). Dominica 4 Iun. 1769, assistentibus 44 card., in lodia bas. Vaticanae a card. Alexandro Albano primo diac. thiara pontificia solemni ritu coronatus est (Arch. Caer. 90 p. 260-292; 625 sine f.).

[4]) 17 Sept. 1774 Clemens PP. XIV in villa marchionis Patritii extra portam Piam, ubi animi recreandi causa se contulerat, oppressus est a signis febrilibus et inde sede delatus est ad currum, quo vectus est ad Quirinale Pal. Febris ita diebus sequentibus crevit, ut die 20 eiusdem mensis hora 4 noctis S.[mum] Viaticum exciperet et fidei professionem emitteret (quam legit praef. Pal. Apost., sed Pontifex defectu virium subscribere minime valuit). 21 Sept. per manus sacristae extremam unctionem excepit, qua expleta generales ordinum mendicantium impertierunt benedictionem. 22 Sept. 1774 hora 13¾ S.S. placidissime obdormivit an. agens 68, m. 10, d. 22, et pontificatus an. 5, m. 4, d. 3, in quibus creavit 17 S.R.E. card. et 15 reliquit card. deficientes in S. Coll. ad eius septuagenarium numerum complendum, licet 11 ex illis creasset et in pectore reservasset in consist. secreto 26 Apr. 1773, sed numquam publicasset (AC 38 f. 48'; Cons. 1774 ultimum f.). Hora 22 eiusdem diei 22 Sept. 1774 card. Rezzonicus S.R.E. camer. profectus est ad Pal. Apost. Quirinale ad recognitionem cadaveris, qua occasione a Cubiculi praef. accepit anulum piscatoris. 23 Sept. apertum est cadaver, ex quo compertum est morbum vulgo scorbuto iam inveteratum in corpore peperisse inflammationem in ventre infimo, quae mortem ei protulit, cerebro et visceribus intactis. Corpus balsamo illitum delatum est in aulam B.M.V. 24 Sept. hora noctis more solito cadaver Pontificis ad Pal. Apost. Vaticanum in capellam Sixtinam translatum et immediate in capsa clausum est. 25 Sept. mane em. Patres convenerunt in aula paramentorum ad primam congr. gen., in qua anulus piscatoris modo solito fractus est a primo caeremoniarum magistro. Congr.[e] peracta

S.R.E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione 18 Dec. 1769 habita.*[5])

in pectore reservatus 18 Dec. 1769 et declaratus 29 Ian. 1770.[6])

1. **Paulus de Carvalho de Mendonça,** Lusitan., praeses consilii S. Inquisitionis et magnus prior de Guimarães = † 17 Ian. 1770.[7])

b) *in secunda promotione 29 Ian. 1770 habita.*[8])

c) *in tertia promotione 6 Aug. 1770 habita.*[9])

2. **Ioannes Cosmas da Cunha,**[10]) Lusitan., O.C.S.Aug., archiep. Elboren. = † 31 Ian. 1783.[11])

d) *in quarta promotione 10 Sept. 1770 habita.*[12])

3. **Scipio Burghesius** (Borghese),[13]) Roman., archiep. Theodosien. i.p.i. et S.tis S. Cubiculi praef. = tt. S. Mariae supra Minervam 12 Dec. 1770, † 26 Dec. 1782.[14])

4. **Ioannes Bapt. Rezzonicus** (Rezzonico),[15]) Venetus, Pal. Apost. praef. = tt. S. Nicolai in Carcere Tulliano 12 Dec. 1770, † 21 Iul. 1783.[16])

in pectore reservatus 29 Ian. ac 6 Aug. 1770 et declaratus 10 Sept. 1770.[17])

---

card.les bini profecti sunt in capellam Sixtinam, a qua capsa c. cadavere Pontificis sequentibus card.bus in bas. Vaticanam transportata est. Facta absolutione in medio bas.ae cadaver delatum est in sacellum S.mi Sacramenti, in cuius medio positum est, eo quod esset in capsa reconditum. 27 Sept. de more delatum est cadaver in chorum et facta absolutione tumulatum est in consueto loco, postquam cadaver Clementis PP. XIII ab hoc loco remotum et in specum delatum est (Arch. Caer. 89 p. 1-16; 90 p. 298-312). 21 Ian. 1802 hora 6 noctis corpus Clementis PP. XIV translatum est modo privato a bas. Vaticana ad eccl. SS. XII Apostolorum ibi tumulandum (Diario 113 p. 2-3). 3 Apr. 1802 celebratae sunt in eadem eccl. exequiae solemnes pro eodem Pontifice (Diario 132 p. 5).

Quaedam adnotationes praesertim ex actis consist. depromptae: In consist. secreto 12 Iun. 1769 habito S.mus D.N. gratias egit card.bus de sua ad Summi Pontificatus apicem assumptione (AC 37 f. 5); in fine eiusdem consist. S.S. iuravit de more consuetas bullas apost. (Cons. 1769/1770 f. 18-19). 10 Sept. 1769 in bas. Vaticana celebrata sunt solemnia beatificationis servi Dei Francisci Caracciolo Cler. Reg. Minorum fundatoris (Diario 8092 p. 7-9). 11 Sept. 1769 S.mus D.N. orationem habuit pro indictione universalis iubilaei ad implorandum auxilium pro salutari S. Eccl.ae Cath. regimine (AC 37 f. 5). 26 Nov. 1769 S.S. solemnem possessionem accepit bas. Lateranen. (Arch. Caer. 625 p. 139-141). In consist. secreto 29 Ian. 1770 S.mus D.N. orationem habuit de nefario intentato scelere in regem fidelissimum (AC 37 f. 44-46; Cons. 1769/1770 f. 454). In consist. secreto 6 Aug. 1770 S.S. allocuta est card.les super concordia restituta inter S. Sedem et regem fidelissimum (AC 37 f. 80-82'). In consist. secreto 24 Sept. 1770 habito S.mus D.N. allocutionem habuit de redintegrata consuetudine inter S. Sedem et regem fidelissimum (l. c. f. 97-100'). In consist. secreto 17 Iun. 1771 S.S. diserto sermone manifestum fecit card.bus gaudium conceptum ob magis magisque confirmatam concordiam inter S. Sedem et regem fidelissimum, insuper ob acceptam epistolam oboedientiae a Simone patr. Chaldaeo, qua clare protestatur se c. aliquibus ep.is suae nationis profiteri velle cath. religionem et Romanum Pont. agnoscere (l. c. f. 126'). In consist. secreto 11 Nov. 1771 habito S.mus D.N. allocutus est card.les de participatione partus regiae principis de Asturias et de emissione prof. in O. Carmelitarum regiae principis Aloysiae Mariae regis X.mi filiae (l. c. 37 f. 148-151). 8 Iun. 1772 in bas. Vaticana fuerunt solemnia beatificationis servi Dei Pauli de Aretio card. O.Theat. (Arch. Caer. 627 p. 85). In consist. secreto 22 Iun. 1772 habito S.S. allocuta est card.les super gravi infirmitate regis Sardiniae (AC 37 f. 186). In consist. secreto 8 Mart. 1773 habito S.mus D.N. allocutus est card.les de obitu Caroli Emmanuelis III Sardiniae regis (l. c. f. 214). Cum Brevi Apost. 21 Iul. 1773 supprimitur Societas Iesu (S. Br. 3801 f. 106-130'). 1 Sept. 1773 deput. congr. particularis pro executione praedicti Brevis (l. c. f. 137-139'). 24 Nov. 1773 erigitur congr. ex tribus card. constituta pro gubernio et regimine coll. Romani (l. c. f. 180-192). In consist. secreto 17 Ian. 1774 habito S.mus D.N. allocutionem habuit super pristina possessione ineunda Avenionis, comitatus Venaissini, Beneventi et Pontis Curvi (AC 38 f. 6-9'). In consist. secreto 18 Apr. 1774 habito S.mus D.N. allocutus est card.les super restauratione et ornatu eccl.arum Urbis occasione proximi Anni Sancti (l. c. f. 16-18'). Litterae Apost. indictionis universalis iubilaei Anni Sancti 1775, sub dat. Pridie Kal. Maii 1774 distributae sunt card.bus 9 Maii 1774 in eorum ingressu consistorialis aulae, et 12 Maii 1774, festo Ascensionis D.N.J.Chr., in atrio bas. Vaticanae de Urbe solemniter publicatae sunt (l. c. f. 26-30'). In consist. secreto 6 Iun. 1774 S.mus D.N. significavit card.bus secutum obitum Ludovici XV Galliarum regis X.mi ac eius exequias pro die ab eadem S.S. stabilienda solemniter celebrandas indixit (l. c. f. 36).

5) In consist. secreto 18 Dec. 1769 habito S.mus D. N. creavit unum S.R.E. card., quem in pectore reservavit (AC 37 f. 30).

6) In consist. secreto 29 Ian. 1770 habito S.S. declaravit S.R.E. *pbr.*um card. Paulum de Carvalho de Mendonça, praesidem consilii S. Inquisitionis et magnum priorem de Guimarães, quem in consist. secreto 18 Dec. 1769 in pectore reservaverat (AC 37 f. 52).

7) Ob. in civ. Ulixbonen. 17 Ian. 1770 et in patriarch. sepultus est (AC 37 f. 106).

8) In consist. secreto 29 Ian. 1770 habito S.mus D.N. creavit unum S.R.E. card.lem, quem in pectore reservavit (AC 37 f. 52).

9) In consist secreto 6 Aug. 1770 S.mus D.N. creavit et declaravit S.R.E. card. Ioannem Cosmam da Cunha O.C.S.Aug. archiep. Elboren. (AC 37 f. 78').

10) Cum Brevi Apost. 1 Sept. 1770 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 3799 f. 497-497'). 9 Aug. 1771 fit commiss. gen. cruciatae Portugalliae (S. Br. 3728 f. 152).

11) Ob. 31 Ian. 1783 (AC 39 f. 278).

12) In consist. secreto 10 Sept. 1770 habito S.mus D.N. creavit 2 S.R.E. card.les, scil. *pbr.*um Scipionem Burghesium archiep. Theodosien. et praef. Cubiculi S.tis S. et *diac.*um Ioannem Bapt. Rezzonicum, praef. Pal. Apost. (AC 37 f. 91). In consist. publico 13 Sept. 1770 habito S.mus D.N., post emissum solitum iusiurandum in capella pontif. a card. Burghesio et Rezzonico eos admisit ad osculum pedis, manus et oris, quibus deinde eadem S.S. pileum purpureum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 96). In consist. secreto 12 Dec. 1770 habito S.mus D.N. clausit os de more dictis card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.l assign. (l. c. ff. 102, 104).

13) 16 Dec. 1771 deput. leg. Ferrariae (AC 37 f. 158'). 17 Iun. 1773 deput. visit. apost. S.I. in civ. et ducatu Ferrarien. (S. Br. 3801 f. 89-91'). 13 Mart. 1775 a Pio PP. VI confirm. leg. Ferrariae ad triennium (AC 38 f. 58). 1 Mart. 1779 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B). 29 Dec. 1779 deput. protect. Congr. Cl.R.Min. (S. Br. 3922 f. 1-1').

14) Ob. Romae 25 Dec. 1782 hora 8, adveniente videlicet die 26; iustis persolutis in eccl. eius tit. S. Mariae supra Minervam eius corpus delatum est ad bas. Liberianam, ubi in sacello Burghesiano sepultum est (Arch. Caer. 630 sine f.).

15) 16 Iul. 1760 charactere cler. insign. a Clemente PP. XIII; eodem die inter cubicularios secretos S.tis S. admissus est (Arch. Caer. 603 p. 147). 21 Iul. 1766 fit praef. Pal. Apost. (Arch. Caer. 606 p. 349). 24 Sept. 1771 ei conc. ind., ut ad minores et ad ord. subdiac.tus et diac.tus promoveri non teneatur et nihilominus diac. card. appellari possit (S. Br. 3800 f. 284-285'). 21 Sept. 1773 prom. ad ord. min. (Diario 8512 p. 13). 25 Febr. 1775 fit pro-secr. memorialium (S. Br. 3812 f. 5-5'). 2 Mart. 1775 deput. protect. Congr.Can.Lat. (l. c. f. 19-19'), 20 Mart. 1775 protect. O.F.M.Conv. (l. c. f. 23-23').

16) Ob. Romae 21 Iul. 1783; funera peracta sunt in eccl. S. Laurentii in Lucina, deinde eius corpus ad eccl. tit. S. Nicolai translatum ibique tumulo datum est (AC 39 f. 278-278').

17) In consist. secreto 10 Sept. 1770 habito S.S. declaravit S.R.E. *pbr.*um card. Marium Marefuscum, S. Congr. Prop. a secretis, quem in consist. 29 Ian. 1770 in pectore sibi reservaverat (AC 37 f. 92'). In consist. publico 13 Sept. 1770 habito S.mus D.N., post emissum solitum iusiurandum in capella pontif. a card. Marefusco, eum admisit ad osculum pedis, manus et oris, cui deinde eadem S.S. pileum purpureum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 96). In consist. secreto 12 Dec. 1770 S.mus D.N. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.l assign. (l. c. ff. 102, 104).

5. **Marius Marefuscus** (Marefoschi),[18]) Maceraten., S. Congr. Prop. a secretis = tt. S. Augustini 12 Dec. 1770, † 23 Dec. 1780.[19])

e) *in quinta promotione 12 Dec. 1770 habita.*[20])

f) *in sexta promotione 17 Iun. 1771 habita.*[21])

g) *in septima promotione 23 Sept. 1771 habita.*[22])

h) *in octava promotione 16 Dec. 1771 habita.*[23])

6. **Carolus Antonius de La Roche-Aymon,**[24]) Gallus, archiep. Remen. = † 27 Oct. 1777.[25])

i) *in nona promotione 14 Dec. 1772 habita.*[26])

7. **Leopoldus Ernestus von Firmian,**[27]) German., ep. Passavien. = tt. S. Petri in Monte Aureo 19 Apr. 1782, † 13 Mart. 1783.[28])

k) *in decima promotione 15 Mart. 1773 habita.*[29])

8. **Ianuarius Antonius de Simone,**[30]) Beneventan., prot. apost. et S.tis S. aud. = tt. S. Bernardi ad Thermas 19 Apr. 1773, † 16 Dec. 1780.[31])

in pectore reservati 12 Dec. 1770, 17 Iun., 23 Sept., 16 Dec. 1771, 14 Dec. 1772 et declarati 15 Mart. 1773.[32])

9. **Antonius Casali,**[33]) Roman., Urbis gub. et vice-camer. = tt. S. Georgii in Velabro 19 Apr. 1773, tr. ad tt. S. Mariae ad Martyres 17 Febr. 1777, † 14 Ian. 1787.[34])

10. **Paschalis Aquaviva de Aragonia** (Acquaviva d'Aragona),[35]) Neapolitan., Urbini praesidens = tt. S. Mariae in Aquiro 3 Apr. 1775, tr. ad tt. S. Mariae in Cosmedin 13 Dec. 1779, ad tt. S. Eustachii 27 Sept. 1780, † 29 Febr. 1788.[36])

in pectore reservati 17 Iun., 23 Sept., 16 Dec. 1771, 14 Dec. 1772, 15 Mart. 1773 et declarati 19 Apr. 1773.[37])

11. **Antonius Eugenius Vicecomes** (Visconti),[38]) Mediolanen., archiep. Ephesin. i.p.i. et Viennae in Austria nunt. = tt. S. Crucis in Hierusalem 3 Apr. 1775, † 4 Mart. 1788.[39])

12. **Bernardinus Giraud,**[40]) Roman., archiep. Ferrarien. et

---

18) 11 Ian. 1771 deput. protect. regni Hiberniae (S. Br. 3713 f. 1). 13 Nov. 1775 deput. leg. a latere ad claudendam Portam Sanctam bas. Lateranen. (AC 38 f. 113'). 30 Mart. 1778 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

19) Nat. Maceratae 10 Sept. 1714; archipbr. bas. Lateranen., ob. Romae 23 Dec. 1780; exequiae habitae sunt in eccl. S. Marcelli, deinde eius corpus translatum ac sepultum est in eccl. tit. S. Augustini (AC 39 f. 144'-145; Diario 626 p. 16-20).

20) In consist. secreto 12 Dec. 1770 habito S.mus D.N. creavit 2 S. R.E. card.les quos in pectore peculiaribus de causis sibi reservavit (AC 37 f. 102).

21) In consist. secreto 17 Iun. 1771 habito S.mus D.N. creavit 2 S.R.E. card.les et in pectore reservavit, arbitrio suo quomodocumque declarandos, firmis in pectore remanentibus aliis 2 creatis et in pectore reservatis in consecr. secreto 12 Dec. 1770 (AC 37 f. 126'-127).

22) In consist. secreto 23 Sept. 1771 habito S.mus D.N. creavit unum S.R.E. card.lem, quem in pectore sibi reservavit (AC 37 f. 142).

23) In consist. secreto 16 Dec. 1771 habito S.mus D.N. creavit et declaravit in S.R.E. *pbr.*um card. Carolum Antonium de La Roche-Aymon archiep. Remen. ac regis Xmi magnum eleemos. (AC 37 f. 152').

24) Cum Brevi Apost. 16 Dec. 1771 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 3800 f. 292-292').

25) Ob. Parisiis 27 Oct. 1777 (AC 38 f. 206').

26) In consist. secreto 14 Dec. 1772 habito S.mus D.N. creavit et declaravit unum S.R.E. card.lem, nempe Leopoldum Ernestum de Firmian ep. Passavien. (AC 37 f. 201). In consist. publico 19 Apr. 1782 Viennae in Austria in aula magna Pal. Imperialis habito Pius PP. VI, praesentibus card. de Migazzis et Herzan, tradidit galerum rubrum card.li de Firmian eidemque in eodem consist. os de more clausit et deinde aperuit c. tt.i assign. (AC 39 ff. 191, 192).

27) Cum Brevi Apost. 9 Ian. 1773 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 3800 f. 298-298').

28) Ob. 13 Mart. 1783 (P. Cons. 184 f. 229').

29) In consist. secreto 15 Mart. 1773 habito S.mus D.N. creavit et declaravit S.R.E. *pbr.*um card. Ianuarium de Simone, prot. apost. et S.tis S. aud. (AC 37 f. 224). In consist. publico 18 Mart. 1773 S.mus D.N., post emissum solitum iusiurandum a card. de Simone in sacello pontif., admisit ad osculum pedis, manus et oris dictum card., cui deinde eadem S.S. galerum rubrum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 231). In consist. secreto 19 Apr. 1773 habito S.mus D.N. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.i assign. (l. c. ff. 233, 234').

30) 13 Mart. 1775 promovetur ad Pisauren. (cf. Pisauren.).

31) Ob. in civ. Interamnen. 16 Dec. 1780 (AC 39 f. 144').

32) In consist. secreto 15 Mart. 1773 S.mus D.N. publicavit 2 S.R.E. card. *diac.*os, nempe Antonium Casali, Urbis gub. et vice-camerarium, necnon Paschalem Aquaviva de Aragonia, Urbini praesidem, quos in consist. 12 Dec. 1770 creaverat et in pectore sibi reservaverat (AC 37 f. 224). In consist. publico 18 Mart. 1773 S.mus D.N., post emissum solitum iusiurandum a card. Casali in sacello pontif., admisit ad osculum pedis, manus et oris dictum card., cui deinde eadem S.S. galerum rubrum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 231). In consist. secreto 19 Apr. 1773 S.mus D.N. clausit os de more eidem card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.i assign. (l. c. ff. 233, 234').

33) 26 Sept. 1766 fit gub. Urbis (Diario 7683 p. 19). 26 Mart. 1773 fit praef. S. Congr. Boni Regiminis (S. Br. 3763 f. 1).

34) Ob. Romae paulo ante horam 6 noctis 14 Ian. 1787; exequiis absolutis in eccl. S. Augustini ibi tumulatus est (Diario 1258 p. 4-8).

35) Cum Brevi Apost. 20 Apr. 1773 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 3801 f. 32-32'). In consist. publico 16 Mart. 1775 Pius PP. VI, postquam in sacello Sixtino solitum iusiurandum emisit card. de Aquaviva, eundem admisit ad osculum pedis, manus et oris, cui deinde eadem S.S. galerum rubrum c. solitis caeremoniis imposuit (AC 38 f. 60). In consist. secreto 3 Apr. 1775 S.mus D.N. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit et anulum cardinal. tradidit c. tt.i assign. (l. c. ff. 61, 66').

36) Ob. Romae 29 Febr. 1788; funus peractum est in eccl. S. Caeciliae trans Tiberim ibique sepultus est (AC 40 f. 164).

37) In consist. secreto 19 Apr. 1773 habito S.mus D.N. declaravit 2 S.R.E. *pbr.*os card., scil. Antonium Eugenium Vicecomitem archiep. Ephesin. et Viennae nunt. apost., necnon Bernardinum Giraud archiep. Ferrarien. et apud regem Xmum nunt. apost. (AC 37 f. 233).

38) Cum Brevi Apost. 24 Apr. 1773 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 3801 f. 28-28'). In consist. publico 16 Mart. 1775 habito Pius PP. VI, postquam in sacello Sixtino solitum iusiurandum emisit card. Vicecomes, eundem admisit ad osculum pedis, manus et oris, cui deinde eadem S.S. galerum rubrum c. solitis caeremoniis imposuit (AC 38 f. 60). In consist. secreto 3 Apr. 1775 habito S.mus D.N. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.i assign. (l. c. ff. 61, 66'), 20 Mart. 1780 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

39) Ob. Romae 4 Mart. 1788; exequiae celebratae sunt in eccl. SS. Ambrosii et Caroli, et hinc eius corpus ad eccl. tit. S. Crucis in Hierusalem translatum ibique sepultum est (Diario 1376 p. 12-13; 137 p. 2-4).

40) Cum Brevi Apost. 24 Apr. 1773 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 3801 ff. 28', 31). In consist. publico 15 Iul. 1773 habito S.mus D.N., post emissum in sacello pontif. solitum iusiurandum a card. Giraud, eundem ad osculum pedis, manus et oris admisit, cui deinde eadem S.S. galerum rubrum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (AC 37 f. 254). In consist. secreto 20 Dec. 1773 habito S.mus D.N. clausit os de more dicto card. et in eodem consist. aperuit, et in fine eiusdem consist. anulum cardinal. donavit c. tt.i assign. (l. c. ff. 260, 259', 266). 10 Ian. 1776 deput. protect. O. S. Hieronymi Congr. Observantiae Lombardiae (S. Br. 3832 f. 5-5'), 13 Ian. 1777 protect. T.O.R. (S. Br. 3855 f. 11-11'), 14 Ian. 1777 protect. O.F.M.Obs. (l. c. f. 9-9'). 2 Apr. 1781 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

apud regem X.mum nunt. = tt. S.mae Trinitatis in Monte Pincio 20 Dec. 1773, † 5 Maii 1782.[41])

in pectore reservatus 23 Sept., 16 Dec. 1771, 14 Dec. 1772, 15 Mart. 1773 et declaratus 19 Apr. 1773.[42])

13. **Innocentius de Comitibus** (Conti),[43]) Roman., archiep. Tyren. i.p.i. et apud regem fidelissimum nunt. = tt. S. Silvestri in Capite 3 Apr. 1775, tr. ad tt. S. Mariae in Aracoeli 15 Dec. 1783, † 15 Nov. 1785.[44])

l) *in undecima promotione 19 Apr. 1773 habita.*[45])

14. **Franciscus Caraf(f)a di Traetto,**[46]) Neapolitan., archiep. Patracen. i.p.i. et S. Congr. Ep.orum et Reg. secr. = tt. S. Clementis 26 Apr. 1773, tr. ad tt. S. Laurentii in Lucina 15 Sept. 1788, ad tt. S. Laurentii in Damaso 3 Aug. 1807 c. ret. eccl. S. Laurentii in Lucina in commend.,[47]) † 20 Sept. 1818.[48])

15. **Franciscus Xaverius de Zelada,**[49]) Roman., archiep. Petren i.p.i. et S. Congr. Conc. Trid. a secretis = tt. S. Martini in Montibus 26 Apr. 1773, tr. ad tt. S. Praxedis 17 Iun. 1793 c. ret. eccl. S. Martini in Montibus in commend., † 19 Dec. 1801.[50])

m) *in duodecima promotione 26 Apr. 1773 habita.*[51])

16. **Ioannes Angelus Braschius** (Braschi), Caesenas, Cam. Apost. thesaur. gen. = tt. S. Honuphrii 10 Maii 1773, el. Sum. Pont. Pius VI 15 Febr. 1775.

17. **Franciscus de Ilcio** (D'Elci), Senen., Cam. Apost. aud. gen. = tt. S. Angeli in Foro Piscium 10 Maii 1773, † 4 Apr. 1787.[52])

---

[41]) Ortus Romae 14 Iul. 1721; ob. Romae 5 Maii 1782; iustis persolutis in eccl. S. Mariae in Vallicella ibi in sepulchro suae domus tumulatus est (AC 39 f. 246).

[42]) In consist. secreto 19 Apr. 1773 habito S.mus D.N. declaravit S.R.E. *pbr.*um card. Innocentium de Comitibus archiep. Tyren. et apud regem fidelissimum nunt. apost. (AC 37 f. 233). In consist. publico 16 Mart. 1775 Pius PP. VI, postquam in sacello Sixtino solitum iusiurandum emisit card. de Comitibus, eundem admisit ad osculum pedis, manus et oris, cui deinde eadem S.S. galerum rubrum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (AC 38 f. 60). In consist. secreto 3 Apr. 1775 S.mus D.N. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit et anulum cardinal. tradidit c. tt.^l assign. (l. c. ff. 61, 66').

[43]) Cum Brevi Apost. 24 Apr. 1773 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 3801 f. 31). 25 Febr. 1775 deput. protect. O.F.M.Cap. (S. Br. 3812 f. 15-15'), 3 Mart. 1775 ei conc. officium secr.ii Brevium Secretorum (l. c. f. 1-2). 21 Ian. 1777 deput. protect. Congr. Montis Virginis O.S.B. (S. Br. 3855 f. 1-1'). 25 Febr. 1782 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[44]) Ob. Romae 15 Nov. 1785 ruri suae domus Tusculi sito; eius corpus Romam delatum est nocte sequenti; absolutis exequiis in eccl. S. Marcelli corpus eius translatum et sepultum est in eccl. tit. S. Mariae in Aracoeli (Diario 1136 p. 16; 1138 p. 4-8).

[45]) In consist. secreto 19 Apr. 1773 habito S.mus D.N. creavit et declaravit 2 S.R.E. *pbr.*os card., nempe Franciscum Carafa archiep. Patracen. et S. Congr. Ep.orum et Ref. secr., ac Franciscum Xaverium de Zelada archiep. Petren. et S. Congr. Conc. a secretis (AC 37 f. 233'). In consist. publico 22 Apr. 1773 habito S.mus D.N., post emissum solitum iusiurandum in sacello pontif. a dictis card., eos admisit ad osculum pedis, manus et oris, quibus deinde eadem S.S. galerum rubrum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 235). In consist. secreto 26 Apr. 1773 habito S.mus D.N. clausit os de more iisdem 2 card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.^l assign. (l. c. ff. 237, 237').

[46]) 29 Mart. 1775 fit praef. S. Congr. Ep.orum et Reg. (S. Br. 3812 f. 11-14). 1 Iun. 1778 deput. leg. Ferrariae (AC 39 f. 24); 10 Ian. 1781 legatio Ferrariae ad aliud triennium prorogatur (S. Br. 3947 p. 9-10). 12 Sept. 1800 deput. visit. apost. domus et archihospitalis et mensae nummulariae S. Spiritus in Saxia de Urbe (S. Br. 4411 f. 14-23).

[47]) In consist. secreto 3 Aug. 1807 habito Pius PP. VII officia vicecancellariatus S.R.E. et litterarum apost. summistatus contulit Francisco card. Carafa di Traetto, eidem card. eccl. S. Laurentii in Damaso eidem officio vice-cancellariatus perpetuo unitam, in tt. assignavit, c. ret. eccl.ae S. Laurentii in Lucina in commendam (AC 50 f. 418-418').

[48]) Ob. Romae 20 Sept. 1818 card. Carafa di Traetto, praef. S. Congr. Ep.orum et Reg.; in eccl. S. Mariae in Vallicella pro interim sepultus ad eccl. S. Laurentii in Damaso postmodum transferendus (AC 52 f. 207'; Diario 76 p. 1; 77 p. 1).

[49]) 21 Maii 1773 deput. protect. O. Bethlemitarum in Indiis occident. (S. Br. 3767 f. 1). 15 Dec. 1779 fit bibliothecarius S.R.E. (S. Br. 4361 f. 52-58). 10 Nov. 1780 deput. protect. O.Trin. (S. Br. 3943 f. 5-5'). 17 Febr. 1783 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B). 13 Oct. 1789 fit secr. Status (Diario 1544 p. 16). 12 Oct. 1790 deput. praesidens univ. Ferrarien. (S. Br. 4172 f. 1-3). 27 Ian. 1795 deput. visit. apost. fundationum Gallicarum in ditione Eccl.ca (S. Br. 4269 f. 1-9').

[50]) Ob. Romae 19 Dec. 1801 card. de Zelada, archipbr. bas. Lateranen., poenit. maior; exequiae celebratae sunt in eccl. S. Marcelli; eius corpus in eccl. S. Martini ad Montes sepultum est (Diario 102 pp. 13, 15, 17).

[51]) In consist. secreto 26 Apr. 1773 habito S.mus D.N. creavit 13 S.R.E. card.les, quorum 2 publicavit, nempe in ord. *pbr.*orum Ioannem Angelum Braschi, Cam. Apost. thesaur. gen., in ord. *diac.*orum Franciscum de Ilcio, Cam. Apost. aud. gen.; alios vero 11 iustis de causis sibi in pectore reservavit, quandocumque et quomodocumque declarandos (AC 37 f. 237), quos tamen superveniente morte numquam declaravit (Cons. 1774 ultimum f.). In consist. publico 29 Apr. 1773 habito S.mus D.N., post emissum solitum iusiurandum in sacello pontif. a card. Braschi et de Ilcio, eos admisit ad osculum pedis, manus et oris, quibus deinde eadem S.S. galerum rubrum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (AC 37 f. 238). In consist. secreto 10 Maii 1773 habito S.mus D.N. clausit os de more dictis 2 card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.^l assign. (l. c. ff. 239, 240').

[52]) Nat. in civ. Senen. 6 Oct. 1707; ob. Romae 4 Apr. 1787; iustis persolutis in eccl. S. Marcelli eius corpus in eccl. S. Sabinae tumulatum est (AC 40 f. 117').

V. Pius VI

Antea Ioannes Angelus Braschius, tt. S. Honuphrii pbr. card.,[1]) electus 15 Febr. 1775,[2]) coronatus 22 Febr. 1775,[3]) † 29 Aug. 1799.[4])

---

1) Cf. S.R.E. card. IV, 16.

2) 5 Oct. 1774 hora 15 em. Patres numero 27 convenerunt in chorum bas. S. Petri, ubi ab Ioanne Francisco card. Albano (II, 34) decano S. Coll. sacrum functum est de Spiritu Sancto. Quo expleto D. Stay, Brevium ad Princ. secr., sermonem habuit pro electione Summi Pont. Qua obsoluta et intonato hymno «Veni Creator» card.les processionali ritu ascenderunt ad conclave. Ingressi sunt capellam Paulinam, ubi em. decanus allocutionem habuit S.o Coll. pro novi Pont. electione. Qua absoluta card.les iuraverunt de more bullas de electione Pont. Deinde praef. Pal. Apost. ante em. decanum iuramentum praestitit de bene fungendo munere suo. Quibus expletis card.les partim profecti sunt ad respectivas cellas, nonnulli tamen in curribus clausis ad propria palatia. Vespere hora 22 card.les in conclavi praesentes profecti sunt ad capellam Sixtinam et exceperunt solitum iuramentum a principe Chisio conclavis maresciallo ceterisque officialibus. Hora 3 noctis clausae sunt portae conclavis. 6 Oct. tempore primi scrutinii in conclavi praesentes fuerunt 29 card.les. Vespere 11 Oct. post scrutinium hora 21½ ingressus est conclave card. a Lanceis (II, 36). 19 Oct. post scrutinium vespertinum ingressus est card. Torrigianus (II, 53). 24 Oct. post scrutinium serotinum ingressus est card. Bufalini (III, 38). Vespere 26 Oct. post scrutinium intravit card. Borromaeus (III, 45). 27 Oct. post scrutinium vespertinum exivit e conclavi card. Castellius (III, 13) infirmus, qui rediit 8 Dec. post scrutinium serotinum. 30 Oct. post scrutinium vespertinum intraverunt card. Burghesius (IV, 3) et Aquaviva de Aragonia (IV, 10). 31 Oct. post scrutinium serotinum ingressi sunt card. Paracciani (III, 48) et Caracciolus (III, 22). Vespere 1 Nov. post scrutinium ingressi sunt card. Branciforte (III, 43) et Giraud (IV, 12). 7 Nov. post scrutinium vespertinum ingressus est card. de Albert de Luynes (II, 61). 18 Nov. hora prima noctis obiit Romae in proprio suae habitationis palatio apud S. Andream de Valle card. Stoppanus (II, 40), qui attenta aegra valetudine minime ingressus erat conclave. 19 Nov. post scrutinium vespertinum intraverunt card. Columna (III, 24) et Vicecomes (IV, 11). 23 Nov. post scrutinium vespertinum intravit card. de Migazzis (III, 27). 26 Nov. post scrutinium serotinum ingressus est card. Sersalius (II, 54). 21 Dec. post scrutinium vespertinum ingressus est card. de Solís Folch de Cardona (II, 59). 9 Ian. 1775 a prandio ante scrutinium vespertinum exivit e conclavi card. Columna (III, 24) morbo laborans, qui 14 Febr. de mane ante scrutinium ingressus est denuo in conclave. 4 Febr. obiit Romae in palatio Raggi card. de Rubeis (III, 4), qui attenta aegra valetudine atque senectute conclave minime ingressus erat. 14 Febr. vespere post scrutinium tandem card.les convenerunt ad electionem tam desideratam habendam novi Pontificis in pers. card. Braschi; vespere enim circa horam noctis progressi sunt card.les ad osculandam manum dicti card., quorum primus fuit em. decanus c. creaturis Benedicti PP. XIV, inde card.les creaturae Clementis PP. XIII, postea Clementis PP. XIV. Quare 15 Febr. 1775 electus et declaratus est Pontifex maximus Ioannes Angelus card. Braschius, nat. in civ. Caesenaten. 27 Dec. 1717, tt.l S. Honuphrii, commorantibus in conclavi praeter neoelectum 43 em. Patribus. Ante acceptationem electionis habuit elegantem allocutionem idiomate latino ad S. Coll., in cuius fine se detulit in medium sacellum, ubique genuflexus opem invocavit SS. Apostolorum Petri et Pauli, terraque deosculata rediit ad locum suum lugens. Nomen sibi imposuit Pii VI. Deinde indutus vestibus papalibus excepit primam oboedientiam card.lium Em. Rezzonicus camer. S.R.E. digito Pontificis anulum piscatoris imposuit. Card. Alexander Albanus primus diac. praestita oboedientia publicavit electionem novi Pontificis. Post acceptam secundam oboedientiam card.lium Papa hora 21½ solito modo in bas. Vaticanam descendit. Post adorationem S.mi Sacramenti porrexit ad altare Papale. Durante hymno «Te Deum» card.les tertiam praestiterunt oboedientiam. Quibus omnibus expletis Papa elargitus est benedictionem pontificalem (Arch. Caer. 89 p. 17-129; 90 p. 314-357; 94 f. 31 ss.). *Card.les praesentes in conclavi durante electione Pii PP. VI fuerunt sequentes*: *ep.*i: Ioannes Franciscus Albanus (II, 34), dux Eboracen. (II, 37), Serbellonus (II, 39), Rezzonicus (III, 1), de Pierre de Bernis (III, 3); *pbr.*i: a Lanceis ((II, 36), Malvetius (II, 45), Sersalius (II, 54), de Solís Folch de Cardona (II, 59), de Albert de Luynes (II, 61), Spinula (III, 9), Castellius (III, 13), Elephantutius (III, 15), Columna (III, 24), Corsinus (III, 25), de Migazzis (III, 27), Bonaccursius (III, 36), Bufalini (III, 38), Boschi (III, 39), Calini (III, 40), Branciforte (III, 43), Pallavicinus (III, 44), Borromaeus (III, 45), Pamphilius (III, 46), Paracciani (III, 48), Burghesius (IV, 3), Marefuscus (IV, 5), de Simone (IV, 8), Vicecomes (IV, 11), Giraud (IV, 12), de Comitibus (IV, 13), Carafa (IV, 14), de Zelada (IV, 15), Braschius (IV, 16); *diac.*i: Alexander Albanus (Hierarchia V, S.R.E. card. VII, 3), Ursinus (II, 24), Torrigianus (II, 53), Caracciolus (III, 22), Nigronus (III, 37), Veterani (III, 52), Rezzonicus (IV, 4), Casali (IV, 9), Aquaviva de Aragonia (IV, 10), de Ilcio (IV, 17). *Card.les praesentes Romae, qui tamen numquam intraverunt in conclave, fuerunt sequentes*: Stoppanus (II, 40), de Rubeis (III, 4). *Card.les non praesentes Romae neque in hoc conclavi fuerunt sequentes*: Puteobonellus (II, 11), de Rodt (II, 63), de Saldanha da Gama (II, 64), de Corduba Spinula de la Cerda (III, 26), de Rochechouart (III, 29), de Rohan-Guéménée (III, 33), da Cunha (IV, 2), de La Roche-Aymon (IV, 6), de Firmian (IV, 7) (Arch. Caer. 89 p. 127-130; 90 p. 364).

3) 22 Febr. 1775 Pius PP. VI consecr. est in bas. Vaticana ab Ioanne Francisco card. Albano decan. S. Coll., assistentibus card. duce Eboracen. et Rezzonico; solemniis consecrationis et missae expletis in lodia benedictionis eiusdem bas. a card. primo diac. coronatus est (Arch. Caer. 90 p. 358-363).

4) Pius PP. VI ob. Valentiae apud Rhodanum 29 Aug. 1799 in arce, in qua obses Gallorum custodiebatur (Diario 2429 p. 4-5); in dicta arce corpus defuncti Pontificis remanebat insepultum usque ad 29 Ian. 1800 (Diario 17 p. 13-16). 17 Febr. 1802 exceptum est apud Portam Flaminiam et translatum ad bas. Vaticanam corpus s. mem. Pii PP. VI veniens a civ. Valentinen. in Gallia; 18 Febr. 1802 fuit capella papalis in dicta bas. Summo Pontifice Pio PP. VII praesente (Cons. 1801 f. 264- 267v; Arch. Caer. 650 f. 3 ss.).

Quaedam adnotationes praesertim ex actis consist. depromptae: 26 Febr. 1775 Pius PP. VI aperuit Portam Sanctam in bas. S. Petri (Diario 18 p. 16). In consist. secreto 13 Mart. 1775 S.mus D.N. gratias egit card.bus de sua ad Summi Apostolatus fastigium assumptione (AC 38 f. 49-50); in fine eiusdem consist. S.S. praestitit solitum iuramentum constitutionum apost. (Diario 22 p. 14). In consist. secreto 13 Nov. 1775 S.mus D.N. allocutus est card.les de martyrio Hyacinthi Castañeda, Hispan., qui 7 Nov. 1773 capite truncatus est, et Vincentii a Pace O.P., missionarii apost. in regno Tunchinen. (AC 38 f. 95-99). In consist. secreto 13 Nov. 1775 habito S.S. deputavit ad claudendas Portas Sanctas bas. S. Pauli, S. Ioannis Lateranen. et S. Mariae Maioris suos de latere legatos Ioannem Franciscum card. Albanum (II, 34), Marium card. Marefuscum (IV, 5) archipbr. Lateranen., Marcum Antonium card. Columnam (III, 24) archipbr. bas. Liberianae (l. c. f. 114). 26 Nov. 1775 in bas. Vaticana solemnia beatificationis servi Dei Bonaventurae de Potentia O.F.M.Conv. fuerunt (Arch. Caer. 628 p. 235; Diario 96 p. 11-12). 30 Nov. 1775 S.S. solemnem possessionem bas. Lateranen. suscepit (Diario 98 p. 22-24). In consist. secreto 12 Maii 1777 S.mus D.N. significavit card.bus obitum secutum Iosephi I fidelissimi Portugalliae et Algarbiorum regis (AC 38 f. 176-180v). In consist. secreto 25 Dec. 1778 statim post missam pontificalem in bas. Vaticana prope B.M.V. de Columna et S. Leonis Magni altaria S.mus D.N. verba fecit super retractatione Ioannis Nicolai ab Hontheim ep. Myriophytan. et suffrag. Treviren., sub nomine Febronii (AC 39 f. 45-58; Cons. 1778 f. 554-680). 2 Maii 1779 in bas. Vaticana solemnia beatificationis servi Dei Michaelis de Sanctis O.Trin.Discalc. fuerunt (Diario 454 p. 11-12). 6 Apr. 1780 S.S. discessit ab Urbe ad inspiciendum magnum exsiccationis opus paludum Pontinarum; mane 20 Apr. 1780 Romam rediit (Arch. Caer. 629 sine f.). In consist. secreto 19 Iun. 1780 habito S.mus D.N. card.les certiores fecit super partu regiae principissae de Asturias (AC 39 f. 112). In consist. secreto 27 Sept. 1780 habito S.S. allocutionem habuit in propositione coadiutoriae eccl.arum Colonien. et Monasterien. pro regio principe Maximiliano archiduce Austriae (l. c. f. 127-130v). 26 Apr. 1781 S.S. discessit ab Urbe ad inspiciendum opus exsiccationis paludum Pontinarum; 10 Maii 1781 Romam rediit (Diario 660 p. 7-9; 662 p. 9-15; 664 p. 12). In consist. secreto 10 Dec. 1781 habito S.mus D.N. allocutus est card.les de participatione partus Galliarum regiae principissae (AC 39 f. 170-171). In consist. secreto 25 Febr. 1782 habito S.mus D.N. propediem discessurus ab Urbe Viennam in Austria petiturus, ut de gravissimis religionis cath. rebus Iosephum II in imperatorem electum alloqueretur, discessum suum card.bus significavit eosdemque hortatus est, ut precibus apud Deum praesto essent (l. c. f. 198-198v). 27 Febr. 1782 missa in bas. Vaticana praesente Pontifice celebrata et persolutis precibus ad implorandum a Deo auxilium pro felici itinere, S.mus D.N. ascendit currum ac in eo admisit Franciscum Antonium Marcucci patr. Constantinopolitan., Urbis vicesgerentem, et Iosephum Mariam Contesini archiep. Athenarum, eleemos. secretum, qui a Pont., ut ipsum in itinere comitarentur, electi erant, et discessit ab Urbe Viennam petiturus (l. c. f. 215v). 22 Mart. 1782 S.mus D.N. Viennam feliciter pervenit, ubi usque ad 22 Apr. 1782 in

S.R.E. cardinales ab ipso creati:

a) *in prima promotione 24 Apr. 1775 habita.*[5])

1. **Leonardus Antonellus** (Antonelli),[6]) Senogallien., S. Inquisitionis assessor = tt. S. Sabinae 29 Maii 1775, tr. ad Praenestin. 21 Febr. 1794, ad Portuen. et S. Rufinae 2 Apr. 1800,[7]) ad Ostien. et Veliternen. 3 Aug. 1807,[8]) † 23 Ian. 1811.[9])

2. **Bernardinus de Vecchiis** (de Vecchi), Senen., cler.[orum] Cam. decan. et annonae praef. = tt. S. Caesarei 29 Maii 1775, † 24 Dec. 1775.[10])

b) *in secunda promotione 29 Maii 1775 habita.*[11])

c) *in tertia promotione 17 Iul. 1775 habita.*[12])

in pectore reservatus 29 Maii, 17 Iul. 1775 et declaratus 11 Sept. 1775.[13])

---

imperiali palatio commoratus est (l. c. f. 220). 31 Mart. 1782 solemnitate paschali resurrectionis D.N.I.Chr. recurrente S.S. ad metrop. S. Stephani accessit, ubi s. liturgiam solemni ritu perfecit, card.[bus] de Batthyány, Herzan de Harras ac de Migazzis assistentibus (l. c. f. 221). 19 Apr. 1782 S.S. Viennae in aula magna pal. imperialis consist. publicum habuit (l. c. f. 191-192). 14 Maii 1782 S.S. Patavii moram gessit ac in templo S. Antonio Patavino sacro missam celebravit (l. c. f. 222). 20 Maii 1782 S.[mus] D.N. Patavio Ferrariam discessit, ubi 22 Maii 1782 in sacrario metrop. consist. secretum habuit (l. c. f. 194-194'). 27 Maii 1782 Imolae in aula pal. epalis S.[mus] D.N. consist. publicum habuit (l. c. f. 195). 28 Maii 1782 S.S. cathedr. Forocornelien. maximo sumptu a fundamentis nobiliter exstructam solemni ritu in honorem S. Cassiani Deo dicavit (l. c. f. 223). 2 Iun. 1782 S.[mus] D.N. Caesenae eccl.[am] O.S.M. in ampliorem formam auctam consueto more dedicavit (l. c. f. 223). 13 Iun. 1782 S.S. e Civitate Castellana Romam feliciter advenit (l. c. f. 223'). In consist. secreto 23 Sept. 1782 habito S.S. card.[les] de iis, quae in Vindobonen. itinere gesta erant, certiores fecit (l. c. f. 209-214'). 24 Apr. 1783 Pius PP. VI ab Urbe discessit Terracinam versus et 8 Maii Romam rediit (Arch. Caer. 631 f. 77). 25 Maii 1783 in bas. Vaticana solemnia fuerunt beatificationis servae Dei Mariae Annae a Iesu T.O.Discalc. O.Merc. (Diario 878 p. 5). 1 Iun. 1783 in bas. Vaticana peracta sunt solemnia beatificationis servi Dei Laurentii a Brundusio O.F.M.Cap. (Arch. Caer. 631 f. 91'). 9 Iun. 1783 in bas. S. Petri fuerunt solemnia beatificationis servae Dei Ioannae Mariae Bonomi monialis O.S.B. (Arch. Caer. 631 f. 97). In consist. secreto 19 Dec. 1785 habito S.S. novam Urbini status legationem instituit (AC 40 f. 54'), 13 Aug. 1786 in bas. Vaticana solemnia fuerunt beatificationis servi Dei Pacifici a Sancto Severino O.F.M.Ref. (Arch. Caer. 632 f. 26). 27 Aug. 1786 in bas. Vaticana celebrata sunt solemnia beatificationis servi Dei Nicolai Factoris O.F.M.Obs. (l. c. f. 29). 3 Sept. 1786 in bas. Vaticana fuerunt solemnia beatificationis servi Thomae a Cori O.F.M.Obs. (l. c. f. 32). 10 Sept. 1786 in bas. Vaticana celebrata sunt solemnia beatificationis servi Dei Gasparis de Bono O. Minim. (l. c. f. 35). 17 Sept. 1786 in bas. Vaticana fuerunt solemnia beatificationis servi Dei Nicolai de Longobardis O.Minim. (l. c. f. 38). In consist. secreto 30 Mart. 1789 habito S.[mus] D.N. allocutionem habuit de obitu Caroli III Hispaniarum regis (AC 40 f. 169-171'). 17 Maii 1789 in bas. S. Petri fuerunt solemnia beatificationis servi Dei Sebastiani ab Aparicio O.F.M.Obs. (Diario 1502 p. 9). 24 Maii 1789 in bas. Vaticana celebrata sunt solemnia beatificationis servi Dei Ioannis Iosephi a Cruce O.F.M.Discalc. (Diario 1504 p. 3-10). In consist. secreto 29 Nov. 1790 habito S.[mus] D.N. card.[les] certiores fecit de Leopoldi archiducis Austriae in Romanorum regem et imperatorem electione in conventu Francofurti novissime habito facta (AC 40 f. 228). 22 Maii 1791 in bas. Vaticana solemnia beatificationis servi Dei Andreae Hibernon O.F.M.Discalc. celebrata sunt (Diario 1712 p. 7-8). 5 Iun. 1791 in bas. S. Petri solemnia habita sunt beatificationis servae Dei Mariae ab Incarnatione monialis O.Carm.Discalc. (Diario 1716 p. 8-9). In consist. secreto 18 Iun. 1792 habito S.S. card.[les] certiores fecit de morte Leopoldi II imperatoris et regis apost. (Diario 1824 p. 3). 12 Aug. 1792 in bas. S. Petri celebrata sunt solemnia beatificationis servae Dei Catharinae Thomasiae monialis O.Can.S.Aug. (Diario 1840 p. 7). In consist. secreto 3 Dec. 1792 habito S.[mus] D.N. decrevit consentientibus 25 card.[bus] in dicto consist. congregatis extractionem summae 500000 scut. mon. Rom. ex pecuniis in sanctiori aerario arcis S. Angeli a Sixto PP. V b. mem. reconditis, ut maximo periculo invasionis in ditione eccl.[ca] consuleretur (AC 40 f. 337-340'). Prima extractio 250000 scut. ex praedicto aerario habita est 9 Ian. 1793, secunda extractio similium 250000 scut. 23 Apr. 1793 (l. c. f. 345'-350). In consist. secreto 17 Iun. 1793 S.S. allocuta est S. Coll. de obitu Ludovici XVI regis X[mi] (Diario 1928 p. 14). Bulla Apost. «Auctorem fidei» 28 Aug. 1794 condamnatur synodus Pistorien. (Arch. Caer. scatola 097 int. 37). 25 Maii 1795 in bas. Vaticana celebrata sunt solemnia beatificationis servi Dei Bernardi ab Offida O.F.M.Cap. (Diario 2130 p. 15). In consist. secreto 1 Iun. 1795 habito S.[mus] D.N. allocutus est card.[les] super libro sub tt. «De tolerantia eccl.[ca]» ex alterius culpa inscripto nomine comitis Thaddaei de Trautmannsdorf ad epatum Reginohradicen. promovendi (AC 41 f. 144-146'). 19 Iun. 1796 in bas. Vaticana habita sunt solemnia beatificationis servi Dei Leonardi a Porto Maurizio O.F.M.Ref. (Diario 2242 p. 8-9). In consist. secreto 27 Iun. 1796 habito S.[mus] D.N. decrevit consentientibus 17 card.[bus] in dicto consist. congregatis extractionem totius pecuniarum summae 700000 scut. mon. Rom. in sanctiori aerario arcis S. Angeli reconditae, ut maximis occurratur periculis, quae Urbi et universae ditioni pontif. superimminent (AC 41 ff. 312-315, 376-378). 18 Sept. 1796 in bas. Vaticana celebrata sunt solemnia beatificationis servi Dei Ioannis de Ribera patr. Antiochen. et archiep. Valentin. (Diario 2268 p. 6-7). In consist. secreto 24 Iul. 1797 habito S.[mus] D.N. allocutus est card.[les] de obitu Victorii Amadei Sardiniae regis (AC 41 f. 382-382'). 30 Dec. 1797 constitutione apost. S.R.E. card.[bus] conceditur facultas post obitum Summi Pont. eligendi et locum conclavis et diem ingressus in illud pro rerum ac temporum circumstantiis (S. Br. 4389 f. 163-169'). 20 Febr. 1798 Pius PP. VI violentia a militibus Galliarum asportatus est ab Urbe; 26 Febr. venit ad civ. Senen. et deinde ad eremum O.Carth. civ. Florentin.; post longum et laboriosum iter ab una civ. ad alteram 14 Iul. ductus est Valentiam ad Rhodanum, ubi in arce obses Galliarum custodiebatur (Diario 2421 p. 2; Cons. 1797/1798 in fine vol.).

[5]) In consist. secreto 24 Apr. 1775 habito S.[mus] D.N. creavit et publicavit 2 S.R.E. card.[les], videlicet *pbr.*[um] Leonardum Antonellum, S. Inquisitionis assessorem; *diac.*[um] Bernardinum de Vecchiis, clericorum Cam. decan. et annonae praef. (AC 38 f. 68). In consist. publico 27 Apr. 1775 habito S.[mus] D.N. post emissum in capella Sixtina solitum iusiurandum a dictis card., eosdem admisit ad osculum pedis, manus et oris, quibus deinde eadem S.S. pileum rubrum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 72). In consist. secreto 29 Maii 1775 S.[mus] D.N. clausit os dictis card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt[i] assign. (l. c. ff. 73, 79, 79').

[6]) 11 Mart. 1764 prom. ad ord. subdiac.[tus] (Diario 7287 p. 6). 2 Maii 1780 deput. praef. S. Congr. Prop. (S. Br. 3932 f. 1-4). 25 Iun. 1784 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B). 19 Mart. 1794 consecr. Romae a card. Albano decan. et ep. Ostien. (Diario 2006 p. 14-15). 27 Febr. 1795 deput. praef. Signaturae Iustitiae (S. Br. 4271 f. 1-4).

[7]) AC 49 f. 24.

[8]) AC 50 f. 419.

[9]) Ob. Senogalliae 23 Ian. 1811 (Forcella 8 p. 99 n. 275).

[10]) Ob. Romae 24 Dec. 1775 aet 76 an.; 28 Dec. in eccl. S. Marcelli exequiae celebratae sunt, deinde eius corpus sepultum est in eccl. S. Catharinae Senensis (Arch. Caer. 619 f. 54'-55).

[11]) In consist. secreto 29 Maii 1775 habito S.[mus] D.N. creavit unum S.R.E. card., quem in pectore sibi reservavit (AC 38 f. 73).

[12]) In consist. secreto 17 Iul. 1775 habito S.[mus] D.N. creavit 2 S.R.E. card., quos iustis de causis in pectore sibi reservavit, suis loco et tempore declarandos (AC 38 f. 81).

[13]) In consist. secreto 11 Sept. 1775 S.[mus] D.N. declaravit S.R.E. *pbr.*[um] card. Ioannem Carolum Bandi ep. Fori Cornelii seu Imolen., S.[tis] S. avunculum, quem in consist. secreto 29 Maii 1775 in pectore sibi reservaverat (AC 38 f. 92). In consist. publico 16 Nov. 1775 habito S.[mus] D.N., post emissum in sacello pontif. solitum iusiurandum a dicto card., eum admisit ad osculum pedis, manus et oris, cui deinde eadem S.S. pileum rubrum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 115). In consist. secreto 18 Dec. 1775 habito S.[mus] D.N. clausit os dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit et anulum cardinal. tradidit c. tt[i] assign. (l. c. ff. 116, 119).

3. **Ioannes Carolus Bandi,**[14]) Caesenas, ep. Imolen., S.tis S. avunculus = tt. S. Mariae de Populo 18 Dec. 1775, † 23 Mart. 1784.[15])

in pectore reservati 17 Iul., 11 Sept. 1775 et declarati 13 Nov. 1775.[16])

4. **Franciscus Maria Banditi,** Ariminen., archiep. Beneventan. = tt. S. Chrysogoni 18 Dec. 1775, † 27 Ian. 1796.[17])

5. **Ignatius Boncompagni-Ludovisi,**[18]) prolegat. Bononiae et utr. sign. ref. = tt. S. Mariae in Porticu 18 Dec. 1775, tr. ad tt. S. Mariae ad Martyres 29 Ian. 1787, ad tt. S. Mariae in Via Lata 30 Mart. 1789, † 9 Aug. 1790.[19])

d) *in quarta promotione 13 Nov. 1775 habita.*[20])

6. **Ioannes Thomas de Boxadors,**[21]) Barchinonen., O.P. mag. gen. = tt. S. Sixti 18 Dec. 1775, † 16 Dec. 1780.[22])

e) *in quinta promotione 15 Apr. 1776 habita.*[23])

in pectore reservati 15 Apr. 1776 et declarati 20 Maii 1776.[24])

7. **Aloysius de Valentibus** (Valenti) **Gonzaga,**[25]) Mantuan., archiep. Caesarien. i.p.i. et apud regem cath. nunt. = tt. S. Agnetis extra moenia 30 Mart. 1778, tr. ad tt. SS. Nerei et Achillei 29 Nov. 1790, ad Albanen. 1 Iun. 1795, ad Portuen. et S. Rufinae 3 Aug. 1807,[26]) † 29 Dec. 1808.[27])

8. **Ioannes Archintus** (Archinto),[28]) Mediolanen., archiep. Philippen. i.p.i. et S. Pal. Apost. praef. = tt. SS. XII Apostolorum 15 Iul. 1776, tr. ad Sabinen. 1 Iun. 1795, † 9 Febr. 1799.[29])

f) *in sexta promotione 20 Maii 1776 habita.*[30])

9. **Guido Calcagnini,**[31]) Ferrarien., ep. Auximan. et Cingulan. ac S.tis S. Cubiculi praef. = tt. S. Mariae Transpontinae 15 Iul. 1776, † 27 Aug. 1807.[32])

10. **Angelus Maria Durini,**[33]) Mediolanen., archiep. Ancyran. i.p.i. et Avenionen. praeses = † 28 Apr. 1796.[34])

g) *in septima promotione 23 Iun. 1777 habita.*[35])

---

[14]) Cum Brevi Apost. 27 Sept. 1775 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 4360 f. 105-105').

[15]) Ob. Imolae 23 Mart. 1784; funera completa sunt in illa cathedr., ubi tumulo datus est (AC 39 f. 303').

[16]) In consist. secreto 13 Nov. 1775 S.mus D.N. declaravit 2 S.R.E. card.les, scil. *pbr.um* Franciscum Mariam Banditi archiep. Beneventan., et *diac.um* Ignatium Boncompagni-Ludovisi, prolegatum Bononiae et utr. sign. ref., 17 Iul. 1775 creatos et in pectore reservatos (AC 38 f. 100'-101). In consist. publico 16 Nov. 1775 S.mus D.N., post emissum in sacello pontif. solitum iusiurandum a dictis card., eosdem admisit ad osculum pedis, manus et oris, quibus deinde eadem S.S. pileum rubrum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 115). In consist. secreto 18 Dec. 1775 habito S.mus D. N. clausit os de more iisdem card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.i assign. (l. c. ff. 116, 119, 119').

[17]) Ob. Beneventi 27 Ian. 1796 (Diario 2202 p. 21).

[18]) 22 Dec. 1775 deput. delegatus apost. super prosecutione operum respicientium cursum aquarum in tribus legationibus in prov. Ferrarien., Bononien. et Romandiolae (S. Br. 3830 f. 15-26). 8 Nov. 1776 ei conc. ind., ut ad ord. min. et subdiac.tus et diac.tus promoveri non teneatur et nihilominus diac. card. appellari possit (S. Br. 4360 f. 279-280'). 15 Dec. 1777 deput. leg. Bononiae (AC 38 f. 203). 3 Ian. 1781 prorogatur dicta legatio ad aliud triennium (S. Br. 3947 p. 1-2). M. Iul. 1785 fit secr. Status (S. Br. 4051 f. 7-7'). 29 Nov. 1785 deput. protect. O.F.M.Cap. (S. Br. 4058 f. 1-4), 2 Mart. 1787 protect. coll. Germanici (S. Br. 4089 f. 1-2').

[19]) Ortus Romae 18 Ian. 1743, ob. ad balnea Lucan. 9 Aug. 1790; funere in cathedr. Lucan. peracto ibi loco depositi tumulatus est (AC 40 f. 235). 26 Ian. 1791 eius corpus Romam translatum in eccl. S. Ignatii contectum est (Diario 1678 p. 17-19).

[20]) In consist. secreto 13 Nov. 1775 habito S.mus D.N. creavit et declaravit S.R.E. card.lem Ioannem Thomam de Boxadors O.P. mag. gen., c. ret. generalatus ad Sedis Apost. beneplacitum (AC 38 f. 101). In consist. publico 16 Nov. 1775 habito S.mus D.N., post emissum in sacello pontif. solitum iusiurandum a dicto card., eundem admisit ad osculum pedis, manus et oris, cui deinde eadem S.S. pileum rubrum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 115). In consist. secreto 18 Dec. 1775 habito S.mus D.N. clausit os de more eidem card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.i assign. (l. c. ff. 116, 119, 119').

[21]) 24 Nov. 1775 ei conc. ind. retinendi offic. mag. gen. O.P. (S. Br. 3828 f. 5-5'). 15 Nov. 1780 deput. protect. O.P. (S. Br. 3943 f. 1-1').

[22]) Nat. in civ. Barchinonen. 3 Apr. 1703; ob. Romae 16 Dec. 1780; funeralia habita sunt in eccl. S. Mariae supra Minervam; eius corpus ad eccl. tit. S. Sixti privatim ductum ibique tumulo datum est (AC 39 f. 144').

[23]) In consist. secreto 15 Apr. 1776 habito S.mus D.N. creavit 2 S.R.E. card., quos in pectore sibi iustis de causis reservavit, suis loco et tempore declarandos (AC 38 f. 134).

[24]) In consist. secreto 20 Maii 1776 habito S.S. publicavit 2 S.R.E. card.les, nempe Aloysium Valenti Gonzaga archiep. Caesarien., apud regem cath. nunt. apost., et Ioannem Archintum archiep. Philippen., praef. S. Pal. Apost., quos in consist. secreto 15 Apr. 1776 creaverat et in pectore sibi reservaverat (AC 38 f. 145).

[25]) Cum Brevi Apost. 5 Iun. 1776 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 4360 f. 217-217'). In consist. publico 18 Dec. 1777 habito S.mus D.N., post emissum solitum iusiurandum in sacello Sixtino a card. Valenti Gonzaga, eum admisit ad osculum pedis, manus et oris, cui deinde eadem S.S. galerum rubrum c. solitis caeremoniis imposuit (AC 38 f. 204). In consist. secreto 30 Mart. 1778 S.mus D.N. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.i assign. (AC 39 ff. 5, 9', 10). 1 Iun. 1778 deput. leg. Romandiolae ad triennium (l. c. f. 24). 10 Ian. 1781 dicta legatio ad aliud triennium prorogatur (S. Br. 3947 p. 10). 17 Iul. 1787 deput. protect. Congr.Can. Lat. (S. Br. 4097 f. 9-9'). 12 Ian. 1802 fit bibliothecarius S.R.E. (S. Br. 4439 f. 54-57). 22 Ian. 1802 deput. protect. coll. Germanici de Urbe (l. c. f. 1-1').

[26]) AC 50 f. 420.

[27]) Ob. Romae 29 Dec. 1808; in eccl. S. Apollinaris sepultus est (Diario 105 pp. 2, 3, 4, 5).

[28]) In consist. publico 23 Maii 1776 habito S.mus D.N., post emissum solitum iusiurandum in sacello Sixtino a card. Archinto, eum ad osculum pedis, manus et oris admisit, cui deinde eadem S.S. galerum rubrum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (AC 38 f. 148). In consist. secreto 15 Iul. 1776 S.S. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.i assign. (l. c. ff. 149, 153). 21 Ian. 1777 deput. protect. Congr. Montis Oliveti O.S.B. (S. Br. 3855 f. 5-5'), 16 Ian. 1781 protect. O.E.S.Aug. (S. Br. 3947 p. 30-31); a. 1785 fuit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[29]) Ob. Mediolani 9 Febr. 1799 (Tit. f. 41').

[30]) In consist. secreto 20 Maii 1776 S.S. creavit et declaravit 2 S.R.E. *pbr.os* card., scil. Guidum Calcagnini ep. Auximan. et Cingulan. ac praef. Cubiculi S.tis S., et Angelum Mariam Durini archiep. Ancyran. et Avenionen. praesidem (AC 38 f. 145).

[31]) In consist. publico 23 Maii 1776 habito S.mus D.N., post emissum solitum iusiurandum in sacello Sixtino a card. Calcagnini, eum admisit ad osculum pedis, manus et oris, cui deinde eadem S.S. galerum rubrum c. solitis caeremoniis imposuit (AC 38 f. 148). In consist. secreto 15 Iul. 1776 habito S.mus D.N. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.i assign. (l. c. ff. 149, 153).

[32]) Ob. in civ. Auximan. 27 Aug. 1807 (Diario 70 p. 13).

[33]) Cum Brevi Apost. 5 Iun. 1776 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 4360 f. 217').

[34]) Ob. in villa sua ad lacum Comen. 28 Apr. 1796 (Diario 2230 p. 24).

[35]) In consist. secreto 23 Iun. 1777 habito S.mus D.N. creavit 10 S.R.E. card.les, quorum 4 publicavit, scil. *pbr.os* Bernardinum Honorati archiep. Siden. ac secr. S. Congr. Ep.orum et Reg., Marcum Antonium Marcolini archiep. Thessalonicen. ac Urbini praesidem, Guilelmum Pallotta, Cam. Apost. thesaur. gen.; *diac.um* Gregorium Salviati, Cam. Apost. aud. gen., reliquos vero 6 in pectore sibi reservavit quandocumque declarandos (AC 38 f. 186). In consist. publico 26 Iun. 1777 habito S.mus D.N., post emissum solitum iusiurandum in sacello Sixtino a dictis 4

11. **Bernardinus Honorati,**[36]) Aesin., archiep. Siden. i.p.i. ac S. Congr. Ep.[orum] et Reg. secr. = tt. SS. Marcellini et Petri 28 Iul. 1777, † 12 Aug. 1807.[37])
12. **Marcus Antonius Marcolini,** Fanen., archiep. Thessalonicen. i.p.i. ac Urbini praesidens = tt. S. Honuphrii 28 Iul. 1777, † 18 Iun. 1782.[38])
13. **Guilelmus Pallotta,**[39]) Picen., Cam. Apost. thesaur. gen. = tt. S. Eusebii 28 Iul. 1777, tr. ad tt. S. Mariae Angelorum 23 Sept. 1782, † 21 Sept. 1795.[40])
14. **Gregorius Salviati,**[41]) Roman., Cam. Apost. aud. gen. = tt. S. Mariae de Scala 28 Iul. 1777, tr. ad tt. S. Mariae in Cosmedin 27 Sept. 1780, ad tt. S. Mariae in Via Lata 29 Nov. 1790, † 5 Aug. 1794.[42])

in pectore reservati 23 Iun. 1777 et declarati 15 Dec. 1777.[43])

15. **Andreas Ioannettius** (Giovannetti), Bononien., O.Camald., archiep. Bononien. = tt. S. Pudentianae 30 Mart. 1778, † 8 Apr. 1800.[44])
16. **Hyacinthus Sigismundus Gerdilius** (Gerdil),[45]) Samoën., Congr.Barn., ep. Dibonen., universalis Inquisitionis cons. = tt. S. Ioannis ante Portam Latinam 30 Mart. 1778, tr. ad tt. S. Caeciliae 20 Sept. 1784, † 12 Aug. 1802.[46])

h) *in octava promotione 1 Iun. 1778 habita.*[47])

17. **Franciscus Delgado,**[48]) Compostellan., patr. Indiarum occident. et archiep. Hispalen. = † 10 Dec. 1781.[49])
18. **Dominicus Rupefucaldius** (de La Rochefoucauld),[50]) Mimaten., archiep. Rothomagen. = † 23 Sept. 1800.[51])
19. **Ioannes Henricus von Frankenberg,**[52]) Glogavien., archiep. Mechlinien. = † 11 Iun. 1804.[53])
20. **Iosephus de Batthyány,**[54]) Viennen., archiep. Strigonien. = tt. S. Bartholomaei in Insula 19 Apr. 1782, † 22 Oct. 1799.[55])
21. **Thomas Maria Ghilinus** (Ghilini), Alexandrin., archiep. Rhodien. i.p.i. et S. Consultae secr. = tt. S. Calixti 20 Iul. 1778, tr. ad tt. S. Mariae supra Minervam 17 Febr. 1783, † 4 Apr. 1787.[56])
22. **Carolus Iosephus della Martiniana,**[57]) Taurinen., ep. Maurianen. = tt. S. Calixti 2 Apr. 1800, † 7 Dec. 1802.[58])
23. **Ludovicus Renatus Eduardus de Rohan-Guéménée,**[59]) Parisien., ep. Canopen. = † 16 Febr. 1803.[60])

---

card., admisit eosdem ad osculum pedis, manus et oris, quibus deinde eadem S.S. galerum rubrum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 191). In consist. secreto 28 Iul. 1777 habito S.[mus] D.N. clausit os de more iisdem 4 card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 192, 195).

[36]) 28 Iul 1777 tr. ad Senogallien. (cf. Senogallien.).

[37]) Ob. in civ. Senogallien. 12 Aug. 1807 (Diario 66 p. 17).

[38]) Ob. in civ. Fanen. 18 Iun. 1782; sepultus est in illa cathedr. (AC 39 f. 246; Vescovi 309 f. 218).

[39]) 1 Iul. 1785 fit praef. S. Congr. Conc. Trid. (S. Br. 4051 f. 1-2'). 29 Ian. 1787 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[40]) Ob. Romae 21 Sept. 1795; exequiae habitae sunt in eius paroec. S. Mariae in Porticu ibique sepultus est (Diario 2164 p. 24-25; 2166 p. 5).

[41]) 27 Aug. 1777 ei conc. ind., ut ad ord. min. et subdiac.[tus] et diac.[tus] promoveri non teneatur et nihilominus diac. card. appellari possit (S. Br. 3869 f. 1-5); 21 Apr. 1780 praedictum ind. prorogatur ad triennium (S. Br. 3930 f. 1-5). 10 Nov. 1780 fit praef. Signaturae Gratiae (S. Br. 3943 f. 9-9'). 16 Ian. 1781 deput. protect. regni Hiberniae (S. Br. 3947 p. 17-19). 27 Iun. 1783 supradictum ind. prorogatur (S. Br. 4003 f. 5-9'). 8 Aug. 1783 deput. protect. O.F.M.Conv. (S. Br. 4007 f. 1-1'). 12 Maii 1786 supradictum ind. prorogatur ad aliud triennium (S. Br. 4071 f. 1-5), 15 Maii 1789, 24 Ian. 1792 dictum ind. iterum prorogatur (S. Br. 4139 f. 5-7; 4200 f. 9-11').

[42]) Ob. Romae 5 Aug. 1794; exequiae habitae sunt in eccl. S. Mariae supra Minervam ibique tumulatus est (Diario 2046 pp. 17, 18, 20).

[43]) In consist. secreto 15 Dec. 1777 habito S.S. diserta elegantique oratione declaravit et publicavit 2 S.R.E. *pbr.*[os] card., quos in consist. secreto 23 Iun. 1777 habito creaverat et in pectore iustis de causis sibi reservaverat, scil. Andream Ioannettium O.Camald. archiep. Bononien., et Hyacinthum Gerdilium ep. Dibonen., S. Inquisitionis cons. (AC 38 f. 203). In consist. publico 18 Dec. 1777 habito S.[mus] D.N., post emissum solitum iusiurandum in sacello Sixtino a dictis card., eos admisit ad osculum pedis, manus et oris, quibus deinde eadem S.S. galerum rubrum propriis manibus c solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 204). In consist. secreto 30 Mart. 1778 S.[mus] D.N. clausit os de more iisdem card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (AC 39 ff. 5, 9', 10).

[44]) Ob. Bononiae 8 Apr. 1800 (P. Dat. 172 f. 21).

[45]) 13 Febr. 1786 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B). 27 Febr. 1795 fit praef. S. Congr. Prop. (S. Br. 4271 f. 9-12).

[46]) Ob. Romae 12 Aug. 1802; sepultus est in eccl. S. Caroli ad Catinarios (Diario 169 p. 19-20; 170 p. 14-17).

[47]) In consist. secreto 1 Iun. 1778 habito S.[mus] D.N. creavit et publicavit 10 S.R.E. card.[les], *pbr.*[os] quidem Franciscum Delgado patr. Indiarum occident. et archiep. Hispalen., Dominicum Rupefucaldium archiep. Rothomagen., Ioannem Henricum de Frankenberg archiep. Mechlinen., Iosephum de Batthyány archiep. Strigonien., Thomam Mariam Ghilinum archiep. Rhodien., S. Consultae secr., Carolum Iosephum de Martiniana ep. Maurianen., Ludovicum Renatum Eduardum de Rohan ep. Canopen., Ferdinandum de Sousa et Silva, primarium principalem eccl.[ae] Ulixbonen.; *diac.*[os] Ioannem Cornelium, Urbis gub. et vice-camerarium, Romualdum Guidi, praeceptorem gen. Ord. hospitalis S. Spiritus (AC 39 f. 16). In consist. publico 4 Iun. 1778 habito S.[mus] D.N., post emissum solitum iusiurandum in sacello Sixtino a card. Ghilino, Cornelio et Guidi, eosdem card. admisit ad osculum pedis, manus et oris, quibus deinde eadem S.S. galerum rubrum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 26). In consist. secreto 20 Iul. 1778 habito S.[mus] D.N. clausit os de more dictis 3 card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 27, 33).

[48]) Cum Brevi Apost. 4 Aug. 1778 S.[mus] D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 4360 f. 434-434').

[49]) Ob. Matriti 10 Dec. 1781 (AC 39 f. 180).

[50]) Cum Brevi Apost. 1 Oct. 1778 S.[mus] D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 4360 ff. 448', 485).

[51]) Ob. in civ. Monasterien. in Westfalia 23 Sept. 1800 (Gams 615).

[52]) Cum Brevi Apost. 6 Iun. 1778 S.[mus] D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 4360 f. 429-429').

[53]) Ob. in civ. Breda nunc. 11 Iun. 1804 (Biogr. Belg. 7, 282).

[54]) Cum Brevi Apost. 6 Iun. 1778 S.[mus] D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 4360 ff. 429', 433). In consist. publico 19 Apr. 1782 Viennae in Austria in aula magna pal. imperialis habito S.[mus] D.N. praesentibus card. de Migazzis et Herzan tradidit galerum rubrum card. de Batthyány eidemque in eodem consist. os de more clausit et deinde aperuit c. tt.[1] assign. (AC 39 ff. 191, 192).

[55]) Ob. Posonii 22 Oct. 1799 (Diario 2431 p. 14).

[56]) Ob. Taurini in coenobio O.F.M.Conv. post mediam noctem diei 3 Apr. 1787 (Tit. f. 142).

[57]) Cum Brevi Apost. 6 Iun. 1778 S.[mus] D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 4360 f. 433). In consist. 28 Mart. 1800 ex secreto in publicum converso, Pius PP. VII imposuit galerum rubrum card.[li] de Martiniana (Cons. 1800/1801 f. 5). In consist. secreto 2 Apr. 1800 habito S.[mus] D.N. clausit os dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit (AC 49 ff. 20, 28) c. tt.[1] assign. (Cons. 1800/1801 f. 20).

[58]) Ob. in civ. Vercellen. 7 Dec. 1802 (Diario 208 p. 22).

[59]) Cum Brevi Apost. 1 Oct. 1778 S.[mus] D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 4360 f. 448-448'). In consist. secreto 13 Febr. 1786 habito S.S. allocuta est card.[les] de rebus ad card. de Rohan spectantibus et pronuntiavit decr. suspensionis dign.[tis] cardinal. contra ipsum (AC 40 f. 56-57'). In consist. secreto 18 Sept. 1786 S.[mus] D.N. participes fecit card.[les] terminum 6 mensium dicto card. praefixum ad se purgandum, ad alios 6 menses sub 4 Sept. 1786 prorogatum esse (l. c. ff. 74', 75-76'). In consist. secreto 18 Dec. 1786 S.S. pronuntiavit decr. redintegrationis ad dign. cardinal. card. de Rohan (l. c. f. 85).

[60]) Ob. in loco Ettenheim nunc. in Germania 16 Febr. 1803 (L.Th. K. VIII, 941).

24. **Ferdinandus de Sousa e Silva,**[61]) Lusitan., primarius principalis eccl. Ulixbonen. = † 11 Apr. 1786.[62])

25. **Ioannes Cornelius** (Cornaro seu Corner),[63]) Venetus, Urbis gub. et vice-camer. = tt. S. Caesarei 20 Iul. 1778, † 29 Mart. 1789.[64])

26. **Romualdus Guidi,**[65]) Caesenas, praeceptor gen. ord. hospitalis S. Spiritus = tt. S. Georgii in Velabro 20 Iul. 1778, † 23 Apr. 1780.[66])

i) *in nona promotione 12 Iul. 1779 habita.*[67])

27. **Franciscus H(e)rzan von Harras,**[68]) German., S. Roman. Rotae aud. = tt. S. Hieronymi Illyricorum 11 Dec. 1780, tr. ad tt. SS. Nerei et Achillei 23 Sept. 1782, ad tt. S. Crucis in Hierusalem 7 Apr. 1788, † 1 Iun. 1804.[69])

in pectore reservati 23 Iun., 15 Dec. 1777, 1 Iun. 1778, 12 Iul. 1779 et declarati 11 Dec. 1780. [70])

28. **Ioannes Octavius Mancinforte Sperellius** (Sperelli), Anconitan., archiep. Theodosien. i.p.i. et S. Pal. Apost. praef. = tt. S. Mariae in Transtiberim 2 Apr. 1781, † 5 Iun. 1781.[71])

29. **Vincentius Maria de Alteriis** (Altieri),[72]) Roman., S.^{mi} D.N. Cubiculi praef. = tt. S. Georgii in Velabro 2 Apr. 1781, tr. ad tt. S. Angeli in Foro Piscium 23 Apr. 1787, ad tt. S. Eustachii 10 Mart. 1788, ad tt. S. Mariae in Via Lata 12 Sept. 1794, dim. cardinalatum 7 Sept. 1798.[73])

k) *in decima promotione 11 Dec. 1780 habita.*[74])

30. **Paulus Franciscus Antamorus** (Antamori), Roman., S. Roman. et universalis Inquisitionis assessor, ep. el. Urbevetan. = tt. S. Alexii 2 Apr. 1781, † 4 Dec. 1795.[75])

in pectore reservatus 12 Iul. 1779, 11 Dec. 1780 et declaratus 22 Maii 1782.[76])

31. **Alexander Matthaeus** (Mattei)[77]) Roman., archiep. Ferrarien. = tt. S. Balbinae 27 Maii 1782, tr. ad tt. S. Mariae in Aracoeli 3 Apr. 1786, ad Praenestin. 2 Apr. 1800,[78]) ad Portuen. et S. Rufinae 27 Mart. 1809,[79]) ad Ostien. et Veliternen. 26 Sept. 1814,[80]) † 20 Apr. 1820.[81])

l) *in undecima promotione 16 Dec. 1782 habita.*[82])

32. **Iosephus Capicius Zurlus** (Capece Zurlo),[83]) Neapolitan.,

---

[61]) Cum Brevi Apost. 11 Sept. 1778 S.^{mus} D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 4360 f. 436-436'). 1 Mart. 1779 promovetur ad patr. Ulixbonen. (cf. Ulixbonen.).

[62]) Ob. in civ. Ulixbonen. 11 Apr. 1786 (AC 40 f. 87).

[63]) 1 Iun. 1765 prom. ad ord. subdiac.^{tus} (Diario 7479 p. 2). 27 Febr. 1779 prom. ad ord. pbr.^{tus} (Diario 436 p. 3).

[64]) Ob. Romae 29 Mart. 1789; funere in eccl. S. Marci peracto eius corpus in eccl. S. Caesarei eius tt. humatum est (AC 40 f. 209-209').

[65]) 26 Sept. 1766 fit secr. S. Congr. Boni Regiminis (Diario 7683 p. 20). 22 Mart. 1779 prom. ad ord. subdiac.^{tus} (Diario 442 p. 3).

[66]) Ortus Caesenae 5 Febr. 1722; ob. Romae 23 Apr. 1780; funere in eccl. S. Marcelli peracto in eccl. suae diac. S. Georgii in Velabro asportatus tumulo traditus est (AC 39 f. 144).

[67]) In consist. secreto 12 Iul. 1779 habito S.^{mus} D.N. diserta elegantique oratione creavit 2 S.R.E. card.^{les}, quorum unum declaravit, nempe Franciscum Herzan de Harras, S. Rotae aud., alterum vero in pectore reservavit (AC 39 f. 74). In consist. publico 15 Iul. 1779 habito post emissum a card. Herzan in sacello pontif. solitum iusiurandum, S.^{mus} D.N. eundem card. ad osculum pedis, manus et oris admisit, cui deinde eadem S.S. galerum rubrum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 84). In consist. secreto 11 Dec. 1780 habito S.S. clausit os de more eidem card., deinde in eodem consist. aperuit c. tt.^{l} assign. (l. c. ff. 134, 140).

[68]) 10 Mart. 1788 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B). 12 Maii 1800 promovetur ad Sabarien. (AC 49 f. 34). 18 Maii 1800 consecr. Venetiis a Pio PP. VII (Cons. 1800/1801 f. 88 ss.).

[69]) Ob Viennae in Austria 1 Iun. 1804; sepultus in cathedr. Sabarien. (Diario 48 p. 2).

[70]) In consist. secreto 11 Dec. 1780 habito S.S. publicavit 2 S.R.E. card.^{les}, *pbr.*^{um} nempe Ioannem Octavium Mancinforte Sperellium archiep. Theodosien. et praef. S. Pal. Apost., *diac.*^{um} Vincentium Mariam de Alteriis, praef. Cubiculi S.^{mi} D. N., quos in consist. secreto 23 Iun. 1777 habito creaverat et in pectore sibi reservaverat (AC 39 f. 140'). In consist. publico 14 Dec. 1780 habito, post emissum solitum iusiurandum in sacello Sixtino a dictis 2 card., S.^{mus} D.N. eosdem ad osculum pedis, manus et oris admisit, quibus deinde S.S. galerum rubrum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 143). In consist. secreto 2 Apr. 1781 habito S.^{mus} D.N. clausit os de more iisdem 2 card. et deinde in eodem consist. aperuit c. tt.^{l} assign. (l. c. ff. 150, 157, 157').

[71]) Ob. Romae 5 Iun. 1781; iustis persolutis in eccl. sua tit. S. Mariae in Transtiberim ibi tumulatus est (Diario 672 p. 20-21; 674 p. 4-7).

[72]) 28 Ian. 1783 deput. protect. Congr.Cl.R.Min. (S. Br. 3993 f. 23-23'), 30 Ian. 1795 protect. O.S.M. (S. Br. 4269 f. 11-11'). 29 Ian. 1798 fit camer. S. Coll. (cf. Appendix II B).

[73]) Card. de Alteriis litteris 12 Mart. 1798 significavit se cardinalatum deponere constituisse; S.S. hanc abdicationem admisit 7 Sept. 1798 (S. Br. 4364 f. 360-361). 8 Febr. 1800 card. de Alteriis ad decan. S. Coll. misit retractationem dictae abdicationis (Diario 15 p. 9-13). Ob. Romae 10 Febr. 1800; iustis persolutis in eccl. S. Mariae supra Minervam ibi sepultus est (Diario 14 p. 7).

[74]) In consist. secreto 11 Dec. 1780 habito S.^{mus} D.N. creavit et declaravit *pbr.*^{um} card. Paulum Franciscum Antamorum, S. Inquisitionis assessorem necnon ep. electum eccl. Urbevetan. (AC 39 f. 140'). In consist. publico 14 Dec. 1780, post emissum solitum iusiurandum in sacello Sixtino a dicto card., S.^{mus} D.N. eundem card. ad osculum pedis, manus et oris admisit, cui deinde eadem S.S. galerum rubrum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 143). In consist. secreto 2 Apr. 1781 habito S.^{mus} D.N. clausit os de more dicto card. et deinde in eodem consist. aperuit c. tt.^{l} assign. (l. c. ff. 150, 157, 157').

[75]) Ob. in civ. Urbevetan. 4 Dec. 1795; in ipsa cathedr. tumulatus est (Diario 2186 p. 7-8; 2210 p. 11).

[76]) In consist. secreto Ferrariae in sacrario archiepalis eccl.^{ae} 22 Maii 1782 habito S.^{mus} D.N., praesentibus card.^{bus} a Lanceis, Carafa leg. Ferrariae, et Boncompagni leg. Bononiae, declaravit *pbr.*^{um} card. Alexandrum Matthaeum archiep. Ferrarien., quem in consist. secreto 12 Iul. 1779 creaverat et in pectore reservaverat (AC 39 f. 194-194'). In consist. publico Imolae in aula pal. epalis 27 Maii [in AC 39 f. 195 erronee dicitur 26 Maii] 1782 habito S.^{mus} D.N., praesentibus card. a Lanceis, Carafa, Bandi, Valenti Gonzaga, Ioannetti, Boncompagni, tradidit galerum rubrum Alexandro card. Matthaeo, deinde clausit os de more eidem card. et post aliquam pausam aperuit c. tt.^{l} assign. (l. c. f. 195-195').

[77]) 28 Iul. 1807 deput. protect. O.F.M.Cap. (S. Br. 4544 f. 11-11'). 14 Iun. 1814 fit dat. S.^{tis} S. (S. Br. 4572 f. 5-8).

[78]) AC 49 f. 25.

[79]) AC 50 f. 566.

[80]) AC 51 f. 35.

[81]) Archipbr. bas. Vaticanae, praef. S. Congr. Caeremonialis et Rev. Fabricae S. Petri, ob. Romae 20 Apr. 1820; exequiis in eccl. S. Marcelli celebratis sepultus est in eccl. S. Mariae in Aracoeli (Diario 33 p. 1; 35 p. 1).

[82]) In consist. secreto 16 Dec. 1782 habito S.^{mus} D.N. creavit 2 S.R.E. card.^{les}, quorum unum declaravit, nempe Iosephum Capicium Zurlum ep. Calven., alterum vero in pectore reservavit (AC 39 f. 232). In consist. publico 19 Dec. 1782 habito, post emissum solitum iusiurandum in sacello Sixtino a card. Capicio Zurlo, S.^{mus} D.N. eidem card. galerum rubrum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 245). In consist. secreto 17 Febr. 1783 S.^{mus} D.N. dicto card. os de more clausit et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.^{l} assign. (l. c. ff. 250, 252, 252').

[83]) 16 Dec. 1782 tr. ad Neapolitan. (cf. Neapolitan.).

ep. Calven. = tt. S. Bernardi ad Thermas 17 Febr. 1783, † 31 Dec. 1801.[84])

m) *in duodecima promotione 20 Sept. 1784 habita.*[85])

33. **Ioannes Andreas Archetti,**[86]) Brixien., archiep. Chalcedonen. i.p.i. = tt. S. Eusebii 27 Iun. 1785, tr. ad Sabinen. 2 Apr. 1800,[87]) † 5 Nov. 1805.[88])

n) *in decimatertia promotione 14 Febr. 1785 habita.*[89])

34. **Iosephus Garampi,**[90]) Ariminen., archiep. ep. Montis Falisci et Cornetan., nunt. apost. Viennae in Austria = tt. SS. Ioannis et Pauli 3 Apr. 1786, † 4 Maii 1792.[91])

35. **Iosephus Maria ab Auria** (Doria Pamphili seu Pamfili),[92]) Roman., archiep. Seleucien. i.p.i., nunt. apost. Galliarum = tt. S. Petri ad Vincula 11 Apr. 1785, tr. ad tt. S. Caeciliae 20 Sept. 1802,[93]) ad Tusculan. 26 Sept. 1803 c. ret. eccl. S. Caeciliae in commend.,[94]) ad Portuen. et S. Rufinae 26 Sept. 1814 c. ret. ut prius in commend.,[95]) † 10 Febr. 1816.[96])

36. **Vincentius Ranuzzi,**[97]) Bononien., archiep. ep. Anconitan., nunt. apost. Portugalliae = tt. S. Mariae supra Minervam 28 Sept. 1787, † 27 Oct. 1800.[98])

37. **Nicolaus Columna de Hostiliano** (Colonna di Stigliano),[99]) Neapolitan., archiep. Sebasten. i.p.i., nunt. apost. Hispaniarum = tt. S. Stephani in Monte Coelio 24 Iul. 1786, † 30 Mart. 1796.[100])

38. **Gregorius Barnabas Chiaramonti,**[1]) Caesenas, O.S.B. Congr. Cassinen., ep. Forocornelien. = tt. S. Calixti 27 Iun. 1785, el. Sum. Pont. Pius VII 14 Mart. 1800.[2])

39. **Mutius Gallo,** Auximan., S. Consultae secr., ep. el. Viterbien. = tt. S. Anastasiae 11 Apr. 1785, † 13 Dec. 1801.[3])

40. **Ioannes de Gregoriis** (De Gregorio),[4]) Messanen., aud gen.

---

[84]) Ob. in mon. Montis Virginis civ. Neapolitan. 31 Dec. 1801 (Diario 107 p. 17-18). 26 Iun. 1806 ossa dicti card. a dicto mon. translata sunt in metrop. Neapolitan.; exequiis persolutis 5 Iul. 1806 tumulata sunt in eccl. S. Pauli eiusdem civ. (Diario 57 p. 2-4).

[85]) In consist. secreto 20 Sept. 1784 habito S.mus D.N. creavit 2 S.R.E. card.les, quorum unum in pectore reservavit, alterum vero publicavit, nempe Ioannem Andream Archetti archiep. Chalcedonen. (AC 39 f. 294).

[86]) Cum Brevi Apost. 20 Sept. 1784 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 4362 f. 311-311'). In consist. publico 23 Iun. 1785, post emissum solitum iusiurandum in sacello Sixtino a card. Archetti, S.mus D.N. eundem card. ad osculum pedis, manus et oris admisit, cui deinde eadem S.S. galerum rubrum c. solitis caeremoniis imposuit (AC 40 f. 32). In consist. secreto 27 Iun. 1785 habito S.S. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 33, 37', 38). 5 Iul 1785 deput. leg. Bononiae (S. Br. 4051 f. 11-19'). 1 Iun. 1795 fit ep. Asculan. (cf. Asculan.). 18 Mart. 1798 card. Archetti a militibus Galliarum conductus est a civ. Asculan. Romam; deinde 22 eiusdem ad locum Civitavecchia nunc. (Arch. Caer. 644 p. 206-207).

[87]) Praeficitur eccl. Sabinen. c. ret. Asculan. in admin. ad S.tis S. et Sedis Apost. beneplacitum (AC 49 f. 26).

[88]) Ob. Asculi 5 Nov. 1805 (Diario 91 p. 2; 96 p. 2-3).

[89]) In consist. secreto 14 Febr. 1785 habito S.mus D. creavit 18 S.R.E. card.les, quorum 13 publicavit, scil. *pbr.os* Iosephum Garampi archiep. ep. Montis Falisci et Cornetan., Viennae nunt. apost., Iosephum ab Auria archiep. Seleucien., Galliarum nunt. apost., Vincentium Ranuzzi archiep. ep. Anconitan., Portugalliae nunt. apost., Nicolaum Columnam de Hostiliano archiep. Sebasten., Hispaniarum nunt. apost., Gregorium Barnabam Chiaramonti O.S.B. Congr. Cassinen. ep. Forocornelien. [= Imolen.], Mutium Gallo, S. Consultae a secretis, ep. el. Viterbien., Ioannem de Gregoriis, causarum Cam. Apost. aud. gen., Ioannem Mariam Riminaldi, S. Rotae auditorii decanum, Paulum Massei, clericorum Cam. Apost. decanum, Franciscum Carrara, S. Congr. Conc. Trid. a secretis; *diac.os* Ferdinandum Spinelli, Urbis gub. et vice-camerarium, Antonium Maria ab Auria, prot. apost. de numero participantium, praef. Cubiculi S.mi D.N., Carolum Livizzanum, Urbini praesidem; reliquos vero 5 in pectore sibi reservavit quandocumque declarandos (AC 40 f. 7-7'). In consist. publico 17 Febr. 1785 habito, post emissum solitum iusiurandum in sacello Sixtino a card.bus Gallo, de Gregoriis, Riminaldi, Massei, Carrara, Spinelli, Antonio Maria ab Auria, Livizzano, S.mus D.N. eosdem card. ad osculum pedis, manus et oris admisit et deinde iisdem galerum rubrum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 23). In consist. publico 7 Apr. 1785 habito, post emissum solitum iusiurandum in sacello Sixtino a card. Iosepho ab Auria, S.mus D.N. eundem card. admisit ad osculum pedis, manus et oris, et eidem galerum rubrum propriis manibus c. solitis caeremoniis imposuit (l. c. f. 24). In consist. secreto 11 Apr. 1785 habito S.mus D.N. clausit os de more dictis 9 card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (l. c. ff. 25, 30-31).

[90]) Cum Brevi Apost. 25 Febr. 1785 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 4362 f. 380). In consist. publico 22 Dec. 1785 habito S.mus D.N. tradidit galerum rubrum card. Garampi (Cons. 1785 f. 391). In consist. secreto 3 Apr. 1786 habito S.mus D.N. clausit os de more dicto card. et in fine eiusdem consist. aperuit c. tt.[1] assign. (AC 40 ff. 59, 63). 20 Aug. 1790 deput. protect. coll. Germanici de Urbe (S. Br. 4168 f. 1-6).

[91]) Ob. Romae 4 Maii 1792; eius exequiae habitae sunt in eccl. S. Apollinaris ibique sepultus est; 16 Nov. 1792 de sero eius cadaver privatim ad eccl. tit. SS. Ioannis et Pauli translatum est ibique remansit tumulatum (Diario 1812 p. 11-16; 1868 p. 2-5).

[92]) Cum Brevi Apost. 25 Febr. 1785 S.mus D.N. ei biretum cardinal. misit (S. Br. 4362 f. 375). 19 Dec. 1785 S.S. novam in Urbini statu legationem instituit ibique card. ab Auria leg. ad triennium deputavit (AC 40 f. 54'). M. Mart. 1797 fit secr. Status (S. Br. 4318 f. 1-1'). 4 Maii 1802 deput. protect. O.S.M. (S. Br. 4447 f. 5').

[93]) AC 49 f. 377.

[94]) 26 Sept. 1803 promovetur ad Tusculan. c. ret. tt.[1] S. Caeciliae in commendam (AC 49 f. 495), quam commendam retinuit usque ad suum obitum.

[95]) AC 51 f. 36.

[96]) Ob. Romae 10 Febr. 1816; exequiae habitae sunt in eccl. S. Mariae in Vallicella; sepultus est in eccl. S. Caeciliae (Chracas 1823 p. 53).
Arianen (sis) *(Ariano)* in Italia inferiore [1])

ob. Philippi Tibaldi	**Isidorus** Sánchez de Luna, O.S.B.[2])	6 Maii 1748	AC 33 f. 196
tr. Isidori ad Tarentin.	**Dominicus Xaverius** Pulci-Doria [3])	20 Maii 1754	AC 34 f. 204

1733 (l. c. f. 264); nat. in civ. Volaterran. 16 Apr. 1694, prom. ad ord. pbr.tus 27 Iun. 1723, doct. iur. utr. 24 Apr. 1718 (P. Dat. 110 f. 7 ss.); consecr. Romae 25 Ian. 1733 a card. Guadagni (Arch. Caer. 622 sine f.); tr. ad Pisan. 15 Febr. 1734.

[3]) Promovetur c. decr. ... vac. praepos. colleg. terrae Emporii Florentin. dioec. ceteraque benef. suspenso ... ad obitum (AC 31 f. 24); conc. Pallium 9 Iul. 1734 (l. c. f. 28); nat. in civ. Volaterran. 2 Dec. 1677, prom. ad ord. subdiac.tus, diac.tus et pbr.tus 3, 24 Mart., 7 Apr. 1703, doct. iur. utr. univ. Pisan. 27 Maii 1701, doct. theol., iam exam. synodalis et can. Volaterran. (P. Dat. 111 f. 67 ss.); consecr. Romae 16 Maii 1734 a card. Guadagni (Arch. Caer. 592 p. 225); fit ep. solio Pont. assist. 28 Iun. 1734 (S. Br. 2843 f. 319); ob. 26 Iul. 1753 (Diario 5628 p. 12).

[4]) Promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 250 scut. mon. Rom. salvis antiquis pro pers. nominandis, c. decr. ... vac. can.tus et praeb. Volaterran. ceteraque benef. suspenso ... ad obitum (AC 34 f. 273'); conc. Pallium 12 Maii 1755 (l. c. f. 280); nat. in civ. Volaterran. 16 Sept. 1705, prom. ad ord. pbr.tus 9 Apr. 1735, doct. iur. utr. univ. Pisan. 30 Apr. 1733, iam vic. capitularis Volaterran., vic. apost. Aretin. (P. Dat. 132 f. 57 ss.); consecr. Romae 31 Mart. 1755 a card. Guadagni (Diario 5886 p. 12); fit ep. solio Pont. assist. 1 Apr. 1755 (S. Br. 3334 f. 28); ob. in civ. Volaterran. 20 Maii 1772 (P. Dat. 152 f. 475').

[5]) Promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 1220 scut. mon. Rom. salvis antiquis pro pers. nominandis, c. decr. ... vac. praepos. colleg. oppidi Liburni dioec. Pisan. (AC 38 f. 109); conc. Pallium 18 Dec. 1775 (l. c. f. 119); nat. in civ. Pisan. 14 Oct. 1735 stylo Pisano, prom. ad ord. pbr.tus 24 Sept. 1757, doct. iur. utr. univ. Pisan. 30 Apr. 1758, iam decan. colleg. Liburni, deinde can. et vic. gen. Pisan. (P. Dat. 152 f. 474 ss.); consecr. Romae 10 Dec. 1775 a card. de Zelada (Diario 100 p. 8); tr. ad Pisan. 28 Sept. 1778.

[6]) Absolv. a vinc. Burgi S. Sepulchri, tr. c. reserv. pens. usque ad summam 365 scut. mon. Rom. salvis antiquis pro pers. nominandis, c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel. (AC 39 f. 40'); conc. Pallium 14 Dec. 1778 (l. c. f. 44); ob. a 1799 (Gams 742).

Argentinen.

[1]) A. 1756: Civ. Argentinen. totius prov. Alsatiae caput inhabitatur a 50000 circ. incolarum, partim catholicorum et partim Lutheri et Calvini sectatorum, sub dominio temporali regis Xmi; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Moguntin.; in ea sunt 5 dign. et 24 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 200000 libr. Turonen.; in civ. sunt 7 eccl. paroec. catholicae, 2 colleg., 5 conventus virorum, 4 mon. monialium; dioec. continet 300 parochias praeter filiales et annexas (P. Cons. 147 f. 55 ss.); taxa 2500 flor. (AC 35 f. 52').

[2]) Promovetur ad Ptolemaiden. et deput. coadi. c.f.s. Armando G. de Rohan ep. Argentinen. de consensu capituli et can.orum Argentinen., c. ret. can.tus et praeb. Argentinen. durante coadiutoria, necnon mon. S. Apri extra muros Tullen. O.S.B. aliorumque mon. invicem perpetuo canonice unitorum Murbacen. et Ludren. dicti Ord. Basileen. et Bisuntin. respect. dioec., ac prioratus conventualis S. Saturnini de Portu eiusdem Ord. Uticen. dioec., c. disp. ... aet., c. decr. ... prof. fidei, loco success. instit. theol. et poenit., erig. mont. piet. (AC 32 f. 100); bulla prov. (S. Br. 3392 f. 759 ss.); nat. Parisiis, aet. 25 an., pbr. 23 Dec. 1741, doct. theol. fac. Parisien. ac socius Sorbonicus (P. Cons. 129 f. 606 ss.); 2 Sept. 1740 ei conc. disp. super defectu aet. 7 annorum, ut eligi possit in ep. Argentinen. ab illius capitulo (S. Br. 2987 f. 70 ss.); el. coadi. a capitulo Argentinen. 21 Maii 1742 (A. Cons. 1742 f. 233 ss.); creatur card. 10 Apr. 1747 (cf. S.R.E. card. II, 30).

[3]) Confirm. el. a capitulo et can.is Argentinen. facta de pers. Ludovici C., c. suppletione omnium etiam substantialium defectuum, si qui quomodolibet in ipsa el. intervenerint, c. ret. mon. B. Mariae de Lyra nunc. et alterius S. Apri O.S.B. Ebroicen. et Tullen. respect. dioec., c. ret. compat., c. decr. ... vac. can.tus et praeb. Argentinen., instit. theol. et poenit., erig. mont. piet. (AC 35 f. 52'); nat. Parisiis, aet. 59 an., pbr., lic. iur. can. fac. Parisien., praep. maior et can. Argentinen., primus eleemos. regis (P. Cons. 147 f. 51 ss.); el. a capitulo Argentinen. 23 Sept. 1756 (A. Cons. 1756 f. 672 ss.); creatur card. 23 Nov. 1761 (cf. S.R.E. card. III, 33).

[4]) Promovetur ad Canopen. et deput. coadi. c.f.s. Ludovico C. ep. Argentinen. de consensu capituli et can.orum Argentinen., c. ret. can.tus et praeb. Argentinen. durante coadiutoria, c. disp. ... aet., c. ret. compat., c. decr. ... loco success. repar. cathedr., instit. poenit., erig. mont. piet. (AC 35 f. 268'); nat. Parisiis, aet. 26 an., pbr., lic. iur. utr. fac. Parisien. (A. Cons. 1760 pars I f. 272); 22 Iun. 1759 ei conc. ind. ut in ep. Argentinen. vel in coadi. ep.i eligi possit, non obstante defectu aet. 5 annorum (S. Br. 3444 f. 438); el. coadi. a capitulo Argentinen. 22 Nov. 1759 (A. Cons. 1760 pars I f. 286 ss.); creatur card. 1 Iun. 1778 (cf. S.R.E. card. V, 23); dim. Argentinen. ante 29 Nov. 1801 (Ep. ad Princ. 209 f. 182').

Arianen.

[1]) A. 1748: Civ. Arianen. sita in prov. Principatus ulterioris inhabitatur a 10000 circ. incolarum; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Beneventan.; in ea sunt 5 dign. et 20 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 4000 circ. duc. illius mon.; in civ. sunt 12 eccl. paroec., ex quibus 3 colleg., 5 conventus virorum, 1 mon. monialium; dioec. continet 12 loca (P. Dat. 125 f. 83' ss.); taxa 213 $^{1}/_{3}$ flor. (AC 33 f. 196).

[2]) Congr. Cassinen., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 400 duc. illius mon. pro pers. nominandis non exced. ... 3am fr., c. decr. ... instr. suppellect. (AC 33 f. 196); nat. Neapoli 16 Nov. 1705, ingressus in religionem 24 Iun. 1720, prom. ad ord. pbr.tus 17 Oct. 1728, fit lect. theol. 6 Maii 1735, decan. in sua congr., ad praesens lect. publicus univ. Neapolitan., in saeculo vocatus «Antonius» (P. Dat. 125 f. 83 ss.); nomin. r. Neapolis 2 Apr. 1748 (l. c.); consecr. Romae 12 Maii 1748 a card. Portocarrero (Diario 4809 p. 6); tr. ad Tarentin. 22 Apr. 1754.

[3]) Promovetur ad Arianen. (AC 34 f. 204); nat. Neapoli 13 Oct. 1699, prom. ad ord. pbr.tus 13 Mart. 1723, doct. theol. univ. Neapolitan. 3 Apr. 1754 (P. Dat. 131 f. 98 ss.); nomin. r. Neapolis 28 Mart. 1754 (l. c.); consecr. Romae 23 Maii 1754 a patr. Constantinopolitan. (Arch. Caer. 600 p. 68 s.); ob. in resid. m. Oct. 1777 (P. Dat. 155 f. 3).

ob. Dominici X.	**Laurentius** Potenza 4)	1 Iun. 1778	AC 39 f. 19
tr. Laurentii ad Sarnen.	**Ioannes Xaverius** Pirelli, nuper ep. Sarnen.5)	26 Mart. 1792	AC 40 f. 305'

Ariminen(sis) *(Rimini)* in Italia superiore 1)

ob. Renati Massa	**Alexander** Guiccioli 2)	21 Iun. 1745	AC 32 f. 319
ob. Alexandri	**Marcus Antonius** Zollius (Zoglio) 3)	25 Sept. 1752	AC 34 f. 101
ob. Marci A.	**Ioannes Bapt.** Stella 4)	19 Dec. 1757	AC 35 f. 100
ob. Ioannis B.	**Ludovicus** Valenti 5)	24 Sept. 1759	AC 35 f. 225'
ob. card. Valenti	**Franciscus** Castellini, ep. Tiburtin.6)	19 Dec. 1763	AC 35 f. 427
ob. Francisci	**Andreas** Minucci, ep. Feltren.7)	15 Dec. 1777	AC 38 f. 197'
tr. Andreae ad Firman.	**Vincentius** Ferretti, ep. Reatin.8)	20 Sept. 1779	AC 39 f. 85'

Arindelen(sis) *(Arindela)* in Palaestina Tertia, tit.1)

certo modo	**Benignus** Avenati, Congr.Barn.2)	22 Aug. 1764	S. Br.

Armachan(a) *(Armagh)* in Hibernia, metrop.1)

ob. ultimi archiep.	**Bernardus** Mac Mahon, ep. Clogheren.2)	8 Nov. 1737	S. Br.
ob. ultimi archiep.	**Rochus** Mac Mahon, ep. Clogheren.3)	3 Aug. 1747	S. Br.
ob. ultimi archiep.	**Michael** O'Reilly, ep. Derrien.4)	23 Ian. 1749	S. Br.

---

4) Promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 470 duc. auri de Camera et 5 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis non exced. ... 3am fr., c. decr. ... vac. omnia benef. suspenso ... ad obitum, repar. cathedr. et dom. epalis, instr. suppellect. (AC 39 f. 19); nat. in civ. Marsicen. 16 Ian. 1722, prom. ad ord. pbr.tus 12 Iun. 1745, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 17 Ian. 1746, iam archidiac. Marsicen., vic. gen. Aversan., Satrianen. et Campanien., ad praesens vic. gen. Agrigentin. (P. Dat. 155 f. 1 ss.); nomin. r. Neapolis 3 Apr. 1778 (l. c. f. 8); consecr. Romae 7 Iun. 1778 a card. de Zelada (Diario 360 p. 9); tr. ad Sarnen. 26 Mart. 1792.

5) Promovetur c. reserv. pens. tertiae partis fructuum eiusdem eccl. pro pers. nominandis, c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., repar. cathedr. et dom. epalis, instr. suppellect. (AC 40 f. 305'); nomin. r. Neapolis 16 Dec. 1791 (P. Dat. 166 f. 2a); ob. ante 12 Mart. 1803 aet. 77 an. (Diario 229 p. 17).

Ariminen.

1) A. 1745: Civ. Ariminen. sita in prov. Romandiolae inhabitatur a 9000 circ. incolarum, sub dominio temporali Sedis Apost.; eccl. cathedr. sub invocatione S. Columbae suffrag. metrop. Ravennaten.; in ea sunt 2 dign. et 12 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 3000 circ. scut. mon. Rom.; in civ. sunt 20 eccl. paroec., 18 conventus virorum et 6 mon. monialium; dioec. continet 46 loca (P. Dat. 122 f. 13' s.); taxa 400 flor. (AC 32 f. 319).

2) Promovetur c. disp. ... pbr.tus ord., c. ret. pens., quas percipit, c. decr. ... instr. suppellect., repar. dom. epalis (AC 32 f. 319); nat. in civ. Ravennaten. 29 Ian. 1680, prom. ad ord. pbr.tus 28 Febr. 1745, doct. theol. et phil. Sapientiae Rom. 17 Iun. 1721, doct. iur. utr., fit prot. apost. 30 Nov. 1720, munera auditoris nuntiaturae in regnis Portugalliae et Hispaniae, internuntii Hispaniae exercuit, rector sive gub. Carpentoracten. (P. Dat. 122 f. 13 ss.); fit ep. solio Pont. assist. 28 Iun. 1745 (S. Br. 3104 f. 286); ob. 13 Maii 1752 (P. Dat. 129 f. 82').

3) Promovetur c. disp. ... pbr.tus ord. (AC 34 f. 101); nat. in civ. Ariminen. 7 Oct. 1697, prom. ad 2 ultimos ord. min. 9 Iul. 1752, subdiac.tus, diac.tus et pbr.tus 16, 23, 26 Iul. 1752, doct. iur. utr. univ. Ariminen. 29 Ian. 1731, iam abbreviator et fiscalis nuntiaturae apost. regni Hispaniarum, ad praesens aud. nuntii apost. utriusque Siciliae regni (P. Dat. 129 f. 81 ss.); consecr. Romae 1 Oct. 1752 a card. Spinelli (Diario 5496 p. 5 s.); fit ep. solio Pont. assist. 1 Oct. 1752 (S. Br. 3263 f. 244); ob. in resid. 26 Iul. 1757 (P. Dat. 134 f. 208').

4) Promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 700 scut. mon. Rom. computatis antiquis pro pers. nominandis (AC 35 f. 100); nat. Bononiae 30 Sept. 1698, prom. ad ord. min. et subdiac.tus 1 Sept. 1743, diac.tus et pbr.tus 8, 15 Sept. 1743, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 14 Febr. 1733, utr. sign. ref., iam gub. civ. Beneventan., S. Severini et Spoletan., ad praesens gub. civ. Lauretan. (P. Dat. 134 f. 207 ss.); consecr. Romae 27 Dec. 1757 a card. Doria (Diario 6315 p. 9); fit ep. solio Pont. assist. 31 Dec. 1757 (S. Br. 3385 f. 31); ob. in resid. 17 Dec. 1758 (P. Dat. 136 f. 148').

5) Promovetur c. ret. omnium, quae obtinet, c. decr. ... vac. can.tus et praeb. bas. S. Petri de Urbe (AC 35 f. 225'); nat. Trebii [Trevi] dioec. Spoletan. 27 Apr. 1695, prom. ad ord. pbr.tus 31 Mart. 1736, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 20 Mart. 1719, olim advoc. in Curia Rom., utr. sign. ref., proc. fiscalis, promotor fidei, ad praesens assessor S. Inquisitionis, exam. promovendorum ad epales eccl. (P. Dat. 136 f. 147 ss.); consecr. Castri Gandulphi 14 Oct. 1759 a Clemente PP. XIII (Arch. Caer. 602 p. 253); creatur card. 24 Sept. 1759 (cf. S.R.E. card. III, 12).

6) Absolv. a vinc. Tiburtin., tr. c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso ... ad obitum (AC 35 f. 427); ob. in civ. Forolivien. 10 Maii 1777 (P. Dat. 154 f. 192'), al. 11 Maii 1777 (Gams 722).

7) Absolv. a vinc. Feltren., tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel. (AC 38 f. 197'); tr. ad Firman. 20 Sept. 1779.

8) Absolv. a vinc. Reatin., tr. c. reserv. pens. usque ad summam 300 scut. mon. Rom. salvis antiquis pro pers. nominandis (AC 39 f. 85'); fit ep. solio Pont. assist. 22 Sept. 1779 (S. Br. 4004 f. 20); ob. 12 Iun. 1806 (P. Dat. 176 p. 66) al. 18 Iun. 1806 (Gams 722).

Arindelen.

1) Eccl. Arindelen. sita est in Palaestina Tertia seu Salutari sub metrop. Petren. (Index Sed. tit. n. 1003).

2) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 pbr. saec. vel reg., iuxta decr. S. Congr. Prop. (S. Br. 3553 f. 13 ss.); 23 Aug. 1764 deput. vic. apost. regni Avae et aliarum regionum in Indiis orient. (S. Br. 3553 f. 17); ob. ante 27 Sept. 1765 (S. Br. 3580 f. 7).

Armachan.

1) Cf. Hierarchia IV, 95.

2) Absolv. a vinc. Clogheren., tr. ad Armachan. c. admin. Dromoren. (S. Br. 2907 f. 11 ss.); nomin. r. Angliae 6 Nov. 1737 (l. c. f. 13); alterum Breve translationis emendatum 30 Sept. 1738 (S. Br. 2929 f. 1 ss.); 27 Ian. 1739 ei conc. ind. exercendi pontif. et denominandi se archiep., licet non susceperit Pallium (S. Br. 2934 f. 8); ob. 27 Maii 1747 (Brady I, 230).

3) Absolv. a vinc. Clogheren., tr. ad Armachan. (S. Br. 3145 f. 1 ss.); nomin. r. Angliae 19 Iul. 1747 (l. c. f. 2); 4 Maii 1748 ei conc. ind. denominandi se archiep., licet Pallium non susceperit (S. Br. 3162 f. 1); ob. 29 Oct. 1748 (Brady I, 230).

4) Absolv. a vinc. Derrien., tr. ad Armachan. (S. Br. 3177 f. 13 ss.); nomin. r. Angliae 23 Dec. 1748 (l. c. f. 14); 7 Febr. 1749 ei conc. ind. exercendi pontif. et denominandi se archiep., licet non susceperit Pallium (S. Br. 3179 f. 1); ob. ante 19 Apr. 1758 (S. Br. 3384 f. 8).

ob. ultimi archiep.	**Antonius** Blake, ep. Ardachaden.[5])	21 Apr. 1758	S. Br.
. . . .	**Richardus** O'Reilly, ep. Oropen., fit coadi. c.f.s.[6])	26 Febr. 1782	S. Br.

Armiren(sis) v. Almiren(sis)

Arsinoën(sis) *(Arsinoë)* in partibus infidelium, tit.[1])

ob. Michaelis Kunicki	**Raphael** Tuki, ep. Acanthen.[2])	22 Ian. 1763	S. Br.

Ascalonen(sis) seu Ascalonitan(a) *(Ascalon)* in Palaestina Prima, tit.[1])

certo modo	**Ioachimus Maria** Pontalti, nuper ep. Pharen.[2])	13 Apr. 1767	S. Br.
ob. Ioachimi M.	**Franciscus Carolus Maria** von Firmian, fit suffrag. Passavien.[3])	20 Dec. 1773	AC 37 f. 260'
ob. Francisci C. M.	**Ioannes Maria** von Herbain, fit suffrag. Treviren.[4])	30 Mart. 1778	AC 39 f. 9

Asculan(a) Apuliae *(Ascoli Satriano)* in Italia inferiore [1])

ob. Antonii Martini	**Iosephus** Campanile [2])	20 Dec. 1737	AC 31 f. 144'
ob. Iosephi	**Emmanuel** di Tommaso [3])	16 Dec. 1771	AC 37 f. 155'

Asculan(a) in Piceno *(Ascoli Piceno)* in Italia media [1])

ob. Pauli T. Marani [2])	**Petrus Paulus** Leonardi [3])	17 Mart. 1755	AC 34 f. 273'
ob. Petri P.	**Ioannes Andreas** Archetti, S.R.E. card.[4])	1 Iun. 1795	AC 41 f. 156

---

[5]) Absolv. a vinc. Ardachaden., tr. ad Armachan. (S. Br. 3384 f. 7 ss.); nomin. r. Angliae 19 Apr. 1758 (l. c. f. 8); 4 Sept. 1758 ei conc. ind. denominandi se archiep., licet Pallium non susceperit (S. Br. 3430 f. 29); ob. 29 Nov. 1787 (Brady I, 231).

[6]) Deput. coadi. c.f.s. Antonio archiep. Armachan. c. cessatione similis coadiutoriae quoad ep.[um] Kildarien. alias ei demandatae, iuxta decr. S. Congr. Prop. 28 Ian. 1782 emanatum et a S.S. 17 Febr. approbatum (S. Br. 3972 f. 1 ss.); 25 Ian. 1788 ei conc. ind. denominandi se archiep. et exercendi pontif., licet non susceperit Pallium (S. Br. 4108 f. 27); ob. in Drogheda 31 Ian. 1818 aet. 71 ½ an. (Diario 51 p. 2).

Arsinoën.

[1]) Duae habentur eccl. tit. Arsinoën., una in Arcadia sub metrop. Oxyrinchitan., altera in Cypro insula sub metrop. Salaminen. (Index Sed. tit. nn. 742, 1699).

[2]) Absolv. a vinc. Acanthen., tr. ad Arsinoën. (S. Br. 3518 f. 11 s.).

Ascalonen.

[1]) Eccl. Ascalonitan. sita est in Palaestina Prima sub metrop. Caesarien. (Index Sed. tit. n. 959).

[2]) Promovetur ad Ascalonen. (S. Br. 3613 f. 19 ss.); ob. Romae 19 Iul. 1772 (Diario 8390 p. 10).

[3]) Promovetur ad Ascalonen. et deput. suffrag. Passavien. ad pontif., c. disp. ... gradus, c. ret. praepos. S. Salvatoris civ. Passavien. et can.[tuum] ac praeb. Salisburgen. et Passavien. aliorumque compat., quae obtinet, c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mensae epalis Passavien. fructibus, c. decr. ... prof. fidei, c. ind. ... cons. ep. et 2 abb. (AC 37 f. 260'); bulla prov. (S. Br. 3805 f. 266 ss.); nat. Salisburgi 2 Oct. 1741, prom. ad ord. pbr.[tus] 2 Apr. 1768, nepos card. Firmian ep. Passavien. (P. Dat. 150 f. 361 ss.); consecr. Passavii 16 Ian. 1774 a card. Firmian (Iuramenta 6 f. 1 ss.); ob. ante 4 Sept. 1776 (A. Cons. 1776 pars III f. 465).

[4]) Promovetur ad Ascalonen. et deput. suffrag. Treviren. ad pontif. in locum Ioannis N. ep. Myriophitan. ad huiusmodi suffrag.[i] offic. explendum fere inhabilis redditi, c. assign. pens. annuae 1000 imperialium illius mon. super mensae archiepalis Treviren. fructibus, c. ret. praeb. summi chori Argentinen. et aliorum compat. (AC 39 f. 9); bulla prov. (S. Br. 4369 f. 203 ss.); nat. in civ. Argentinen. 2 Aug. 1727, charactere cler. insign. 4 Aug. 1740, prom. ad ord. min. 21 Mart. 1744, subdiac.[tus] 21 Dec. 1748, diac.[tus] 20 Dec. 1749, pbr.[tus] 18 Dec. 1751, doct. theol. et iur. can. univ. Argentinen., consiliarius curiae epalis Argentinen., promotor et deputatus cleri eiusdem dioec. (P. Cons. 175 f. 60 ss.); ob. in civ. Fulden. 31 Oct. 1801 (J. A. J. HANSEN, Die Weihbischöfe von Trier, Köln 1834, 36).

Asculan. Apuliae

[1]) A. 1737: Civ. Asculan. sita in prov. Lucerina in Apulia inhabitatur a 3000 circ. incolarum; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Beneventan.; in ea sunt 6 dign. et 14 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 1500 circ. duc. illius mon.; in civ. sunt 3 conventus virorum; dioec. continet unum tantum locum, nempe de Candela (P. Cons. 123 f. 41 ss.); taxa 66 $^2/_3$ flor. (AC 31 f. 144').

[2]) Promovetur c. decr. ... instit. theol. et sem., erig. mont. piet. (AC 31 f. 144'); nat. Baruli [Barletta] dioec. Tranen. 16 Maii 1702, prom. ad ord. pbr.[tus] 19 Iul. 1733, doct. iur. utr. univ. Neapolitan. 30 Dec. 1724, archipbr. Nazaren. (P. Dat. 114 f. 122 ss.); consecr. Romae 22 Dec. 1737 a card. Finy (Arch. Caer. 592 p. 545); fit ep. solio Pont. assist. 5 Ian. 1742 (S. Br. 3021 f. 26); ob. in resid. m. Nov. 1771 (P. Dat. 148 f. 102).

[3]) Promovetur c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, instit. etc. ut supra (AC 37 f. 155'); nat. Neapoli 25 Dec. 1721, prom. ad ord. pbr.[tus] 26 Mart. 1746, doct. iur. utr. univ. Neapolitan., iam vic. gen. Acheruntin. et Materanen., deinde Melphien. et Rapollen., ad praesens vic. gen. Beneventan. (P. Dat. 148 f. 101 ss.); consecr. Romae 21 Dec. 1771 a card. Calini (Arch. Caer. 626 p. 145); ob. in resid. circ. a. 1808 (P. Dat. 182 f. 13).

Asculan. in Piceno

[1]) A. 1755: Civ. Asculan. sita in prov. Marchiae inhabitatur a 12000 circ. incolarum, sub dominio temporali Sedis Apost.; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. est immed. subi. S. Sedi; in ea sunt 1 dign. et 12 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 4000 circ. scut. mon. Rom.; in civ. sunt 11 eccl. paroec., 13 conventus virorum, 6 mon. monialium; dioec. continet 100 et ultra loca (P. Dat. 132 f. 71' ss.); taxa 316 $^2/_3$ flor. (AC 34 f. 273').

[2]) Ob. 7 Febr. 1755 (Vescovi 269 f. 58).

[3]) Promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 1500 scut. mon. Rom. computatis antiquis pro pers. nominandis, c. decr. ... vac. omnia benef. suspenso ... ad obitum (AC 34 f. 273'); nat. in civ. Amerin. 21 Febr. 1714, prom ad ord. pbr.[tus] 4 Iun. 1746, doct. theol. et iur. utr. univ. Firman. 27 Maii 1739, iam vic. gen. Terentin., deinde usque ad praesens vic. gen. Firman., nepos Alexandri archiep. Firman. (P. Dat. 132 f. 69 ss.); fit ep. solio Pont. assist. 27 Iun. 1755 (S. Br. 3334 f. 36); ob. in resid. 21 Iun. 1792 (P. Dat. 168 f. 41') al. 23 Iun. 1792 (Diario 1828 p. 24).

[4]) Promovetur c. ret. omnium, quae obtinet, c. decr. ... repar. dom.

Aspahanen(sis) seu **Ispahanen(sis)** *(Ispahan)* in regno Persarum 1)

ob. Barnabae Fedele	**Philippus Maria** a S. Augustino, O.Carm.Discalc.2)	11 Aug. 1732	AC 30 f. 231
ob. Philippi M.	**Sebastianus** a S. Margherita, O.Carm.Discalc.3)	15 Mart. 1751	AC 34 f. 50'
ob. Sebastiani	**Cornelius** a S. Iosepho, O.Carm.Discalc.4)	2 Oct. 1758	AC 35 f. 157'

Assisien(sis) *(Assisi)* in Italia media 1)

ob. Simonis M. Palmerini	**Ioannes Bapt.** Rondoni 2)	31 Mart. 1732	AC 30 f. 202'
ob. Ioannis B.	**Octavius** Ringhieri 3)	11 Apr. 1736	AC 31 f. 88'
ob. Octavii	**Nicolaus** Sermattei 4)	17 Mart. 1755	AC 34 f. 274
ob. Nicolai	**Carolus** Zangari 5)	18 Sept. 1780	AC 39 f. 126
ob. Caroli	**Franciscus Maria** Giampè 6)	27 Iun. 1796	AC 41 f. 332

Assumptionis, Sanctissimae seu **de Paraguay** *(Asunción)* in America meridionali (Paraguay) 1)

ob. Iosephi de Palos	**Iosephus Caietanus** Paravicino, O.F.M.Obs.2)	16 Nov. 1739	AC 31 f. 235

---

epalis (AC 41 f. 156); tr. ad Sabinen. c. ret. Asculan. in admin. 2 Apr. 1800 (cf. S.R.E. card. V, 33).

Aspahanen.

1) A. 1751: Civ. Aspahanen. sita in Persia sub Turcarum potestate ingemiscit, ideoque nec aedes epalis stabilis nec cathedr. eccl. in ea reperiuntur, sed ep. assistentibus sibi missionariis illarum partium, ubi commodius fieri potest, pontificalia, et ipsis coadiuvantibus curam animarum in vastissima dioec. exercet, ubi 6 dumtaxat regulares familiae aluntur, et totidem sunt catholicorum eccl.ae; redditum alium ep. non habet praeter illum, qui ei a S. Congr. Prop. pro eius congrua sustentatione annuatim tribuitur ad summam 200 scut. mon. Rom. ascendentem, omnibus minime deductis, quae Turcarum praesidi debentur ab ep.o inibi aliquando commorante, cum pluries in altero ex religiosorum coenobiis in oppido Guelfae suae dioec. sitis degat (P. Dat. 128 f. 21 s.).

2) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 pbr., c. disp. ... gradus, c. decr. ... prof. fidei (AC 30 f. 231) iuxta decr. S. Congr. Prop. 28 Ian. 1732 emanatum et a S.S. 31 Ian. approbatum (Cons. 1732/1733 f. 56); bulla prov. (S. Br. 2965 f. 441 ss.); 9 Aug. 1732 ei conc. disp. super quarto voto de non acceptanda dign. (S. Br. 2798 f. 9); consecr. Romae 24 Aug. 1732 ab Hieronymo Crispi olim archiep. Ravennaten. (Arch. Caer. 622 sine f.); nat. Massaliae [Missaglia] in statu Mediolanensi 5 Oct. 1688, in saeculo vocatus «Camillus Apollonius Malachisi», prof. religiosam emisit 27 Mart. 1707; ob. 13 Aug. 1749 (Analecta O.Carm. Discalc. 7, 1932, 209 ss.).

3) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 pbr., c. decr. ... prof. fidei (AC 34 f. 50') iuxta decr. S. Congr. Prop. 22 Sept. 1750 emanatum et a S.S. 15 Nov. approbatum (Cons. 1750/1751 f. 167); bulla prov. (S. Br. 3400 f. 185 ss.); 12 Mart. 1751 ei conc. disp. super quarto voto de non acceptanda dign. (S. Br. 3227 f. 1); 1 Sept. 1755 deput. vic. apost. in regnis Idalcan, Golcondae et Magni Mogolis (S. Br. 3330 f. 5) iuxta decr. S. Congr. Prop. 18 Aug. 1755 emanatum et a S.S. 24 Aug. approbatum (l. c. f. 7); nat. in pago S. Sebastiani dioec. Epporegien. 3 Sept. 1713, in saeculo vocatus «Marcus Antonius Piacentini», prof. religiosam emisit 19 Oct. 1732; conseer. 16 Apr. 1752 ab Emmanuele ep. Babylonen.; ob. 22 Iun. 1755 (Analecta l. c. 213 ss.).

4) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 pbr., c. decr. ... prof. fidei (AC 35 f. 157') iuxta decr. S. Congr. Prop. 8 Aug. 1757 emanatum et a S.S. 5 Aug. 1758 approbatum (Cons. 1758/1759 f. 196); bulla prov. (S. Br. 3657 f. 259 ss.); nat. Mediolani 7 Nov. 1710, in saeculo vocatus «Iosephus Reina», prof. religiosam emisit 16 Maii 1730; ob. Mediolani m. Maii 1797 (Analecta l. c. 215 ss.).

Assisien.

1) A. 1755: Civ. Assisien. sita in prov. Umbriae inhabitatur a 3000 circ. incolarum, sub dominio temporali Sedis Apost.; eccl. cathedr. sub invocatione S. Rufini est immed. subi. S. Sedi; in ea sunt 1 dign. et 12 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 800 circ. scut. mon. Rom.; in civ. sunt 5 eccl. paroec., 5 conventus virorum, 8 mon. monialium; dioec. continet 5 loca (P. Dat. 132 f. 63' s.); taxa 200 flor. (AC 34 f. 274).

2) Promovetur c. decr. ... vac. can.tus et praeb. colleg. S. Petronii Bononien. ceteraque benef. suspenso... ad obitum, repar. dom. epalis (AC 30 f. 202'); bulla prov. (S. Br. 2965 f. 268 ss.); nat. Bononiae 15 Ian. 1678, prom. ad ord. pbr.tus 29 Maii 1701, doct. theol. Sapientiae Rom. 4 Febr. 1707, fit prot. apost. 31 Aug. 1712, iam exam. ordinandorum Imolen. (P. Dat. 109 f. 3 ss.); consecr. Romae 6 Apr. 1732 a card. Gotti (Arch. Caer. 592 p. 119); ob. 12 Sept. 1735 (Gams 669).

3) Promovetur c. decr. ... vac. can.tus et praeb. Bononien. (AC 31 f. 88'); nat. Bononiae 1 Ian. 1680, prom. ad ord. pbr.tus 22 Dec. 1703, doct. iur. utr. univ. Bononien. 30 Iul. 1701, doct. theol. eiusdem univ. 13 Aug. 1703, fit prot. apost. 27 Sept. 1703, cons. S. Officii Bononiae 31 Mart. 1706, commiss. gen. almae domus Lauretanae 2 Iun. 1713, exam. synodalis Bononien. a. 1713, promotor fiscalis S. Officii Bononiae ab a. 1727, convisit. archiep.i Bononiae 7 Iul. 1731, lect. publicus univ. Bononien. (P. Dat. 113 f. 59 ss.); 12 Apr. 1736 ei conc. ind. recipiendi munus consecr.is a card. Lambertino archiep. Bononien. (S. Br. 2876 f. 159); ob. in resid. 8 Ian. 1755 (P. Dat. 132 f. 64').

4) Promovetur c. decr. ... vac. prioratus Assisien. ceteraque benef. suspenso ... ad obitum (AC 34 f. 274); nat. in civ. Assisien. 12 Dec. 1702, prom. ad ord. pbr.tus 20 Nov. 1735, doct. iur. utr. univ. Maceraten. 11 Oct. 1735, vic. gen. et capitularis Assisien. (P. Dat. 132 f. 63 ss.); consecr. Romae 19 Mart. 1755 a card. Portocarrero (Diario 5880 p. 10); fit ep. solio Pont. assist. 24 Mart. 1755 (S. Br. 3332 f. 167); ob. 11 Mart. 1780 (Gams 670).

5) Promovetur c. decr. ... repar. dom. epalis (AC 39 f. 126); nat. in loco de Gatteo dioec. Ariminen. 10 Oct. 1718, prom. ad ord. pbr.tus 12 Sept. 1745, doct. iur. utr. univ. Caesenaten. 23 Iul. 1740, praep. Ariminen., exam. synodalis, bis vic. capitularis et vic. gen. Ariminen., ad praesens vic. gen. Firman. (P. Dat. 157 f. 1 ss.); consecr. in cathedr. Tusculan. 21 Sept. 1780 a card. duce Eboracen. (Diario 600 p. 19); ob. in resid. 31 Mart. 1796 (P. Dat. 169 f. 39').

6) Promovetur c. decr. ... vac. can.tus et praeb. Assisien., repar. dom. epalis (AC 41 f. 332); nat. in civ. Assisien. 31 Aug. 1752, prom. ad ord. pbr.tus 21 Dec. 1776, doct. iur. utr. univ. Maceraten. 19 Nov. 1779, exam. synodalis, lect. iur. utr. et theol. sem. epalis Assisien., ad praesens vic. capitularis Assisien. (P. Dat. 169 f. 38 ss.); consecr. Romae 3 Iul. 1796 a card. Doria (Diario 2246 p. 9); ob. in resid. 8 Mart. 1827 (Diario 22 p. 2).

Assumptionis

1) A. 1762: Civ. Assumptionis de Paraguay sita in prov. eiusdem nominis 1000 circ. domos continet, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. de Plata; in ea sunt 4 dign. et 2 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 5000 circ. ponderum; in civ. sunt 1 eccl. paroec. et nonnulla utriusque sexus mon.; dioec. continet 150 circ. parochias (P. Cons. 150 f. 325' s.); taxa 33 1/3 flor. (AC 35 f. 383').

2) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... repar. cathedr., constr. dom. epalis, instit. theol. et poenit., sem., erig. mont. piet. (AC 31 f. 235); nat. in civ. de Arequipa, bapt. 5 Iun. 1690, pbr., doct. et lect. theol., qualificator S. Inquisitionis (P. Cons. 125 f. 475 ss.); 25 Febr. 1741 ei conc. ind. suscipiendi munus consecr.is in Hispania (S. Br. 2999 f. 22); tr. ad eccl. de Truxillo 4 Sept. 1747.

tr. Ios. C. ad de Truxillo	**Ferdinandus** Pérez de Oblitas [3])	4 Sept. 1747	AC 33 f. 139'
tr. Ferdinandi ad S. Crucis de Sierra	**Emmanuel** de la Torre [4])	24 Maii 1756	AC 35 f. 23'
tr. Emmanuelis ad S.mae Trinitatis	**Emmanuel** López de Espinosa [5])	20 Dec. 1762	AC 35 f. 383'
ob. Emmanuelis	**Ioannes Iosephus** Priego, O.P.[6])	14 Dec. 1772	AC 37 f. 205'
ob. Ioannis I.	**Aloysius** de Velasco, O.F.M.Obs.[7])	12 Iul. 1779	AC 39 f. 81'
ob. Aloysii	**Laurentius** Suárez de Cantillana [8])	18 Dec. 1797	AC 41 f. 544

Assuren(sis) seu **Assuritan(a)** *(Assuras)* in prov. Proconsulari, tit.[1])

certo modo	**Petrus** Gioeni [2])	2 Dec. 1743	AC 32 f. 195'
certo modo	**Ioannes Bapt.** Maigrot [3])	22 Ian. 1753	S. Br.
certo modo	**Ioannes Dominicus** a S. Clara, O.Carm.Discalc.[4])	15 Iun. 1756	S. Br.
ob. Petri Gioeni	**Franciscus Xaverius Antonius** von Scheben, fit suffrag. Wormatien.[5])	22 Apr. 1765	AC 36 f. 101'
ob. Francisci X.	**Sebastianus Carolus Philibertus** de Roger de Cahuzac de Caux, fit coadi. c.f.s. Aduren.[6])	18 Sept. 1780	AC 39 f. 119
certo modo	**Blasius Ioachimus** Álvarez de Palma, fit auxiliaris Seguntin.[7])	17 Apr. 1798	S. Br.

Asten(sis) *(Asti)* in Italia superiore [1])

ob. Ioannis Todone	**Iosephus Philippus** Felissani [2])	17 Apr. 1741	AC 32 f. 20

---

[3]) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. in Indiis, c. decr. ... prof. fidei, vac. thesauraria de Cusco, repar. cathedr. et dom. epalis, instit. etc. ut supra (AC 33 f. 139'); nat. in civ. de Arequipa, aet. 40 circ. an., pbr., doct. theol. (P. Cons. 135 f. 361 ss.); praesent. r. cath. 14 Iul. 1747 (Ep. Reg. III n. 67); tr. ad eccl. S. Crucis de Sierra 7 Apr. 1756.

[4]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. ret. compat., c. decr. ... vac. paroec. eccl. loci de Autillo dioec. Palentin., instit. theol. et poenit., erig mont. piet. (AC 35 f. 23'); nat. in loco de Autillo de Campos 1 Ian. 1705, pbr., doct. theol. (P. Cons. 146 f. 326 ss.); tr. ad eccl. Sanctissimae Trinitatis 14 Iun. 1762.

[5]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. in Indiis, c. decr. ... prof. fidei, vac. decanatus de Guamanga, instit. theol. et poenit. et sem., erig. mont. piet. (AC 35 f. 383'); nat. in civ. Liman., aet. 66 circ. an., pbr., doct. theol. univ. Liman., iam can. magistralis, cantor, archidiac. de Guamanga (P. Cons. 150 f. 322 ss.); ob. a. 1770 (P. Cons. 163 f. 138').

[6]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. in Indiis, c. decr. ... prof. fidei, readedif. dom. epalis, instit. etc. ut supra (AC 37 f. 205'); nat. in civ. Liman. 25 Iun. 1710, pbr., mag. theol., regens studiorum in conventu sui Ordinis civ. Liman., vic. provincialis, visit. gen. suae prov. Liman., exam. synodalis Liman. et de Arequipa (P. Cons. 163 f. 128 ss.); ob. a. 1779 (Gams 159).

[7]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... instit. etc. ut supra (AC 39 f. 81'); nat. Matriti dioec. Toletan. 13 Mart. 1724, pbr., lect. iubilatus, visit. prov. Compostellan., ad praesens visit. prov. Cantabriae et exprovincialis eiusdem prov. (P. Cons. 178 f. 164 ss.).

[8]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. in Indiis, c. decr. ... prof. fidei, vac. decanatus Tucumanen., instit. etc. ut supra (AC 41 f. 544); nat. in civ. S. Iacobi del Estero dioec. Tucumanen., aet. 70 circ. an., pbr., mag. theol., iam vic. gen., can., archidiac. Tucumanen. (P. Cons. 201 f. 543 ss.).

Assuren.

[1]) Eccl. Assuritan. sita est in prov. Proconsulari seu Zeugitana sub metrop. Carthaginen. (Index Sed. tit. n. 1026).

[2]) Promovetur c. decr. ... prof. fidei, vac. can.tus et praeb. Agrigentin. ceteraque benef. suspenso ... ad obitum (AC 32 f. 195'); bulla prov. (S. Br. 3394 f. 194 ss.); nat. in civ. Panormitan. 9 Oct. 1698, prom. ad ord. pbr.tus 28 Sept. 1721, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 16 Sept. 1723, iam alumnus Congr.Orat., vic. gen. Agrigentin. (P. Dat. 120 f. 218 ss.); consecr. Panormi 2 Febr. 1744 ab ep. Pacten. (P. Cons. 130 f. 102); datur in auxilium ep. Agrigentin; fit ep. solio Pont. assist. 18 Ian. 1760 (S. Br. 3471 f. 12); ob. Romae 13 Dec. 1761 (Diario 6936 p. 7).

[3]) Pbr. saec. Gallus, promovetur ad Assuritan. c. ind. ... cons. ep. et 2 pbr. saec. seu reg. (S. Br. 3268 f. 13 ss.) iuxta decr. S. Congr. Prop. 8 Ian. 1753 emanatum et a S.S. 14 Ian. approbatum (l. c. f. 16); 23 Ian. 1753 deput. vic. apost. prov. Sutchuen. in imperio Sinarum (l. c. f. 20); ob. iam 20 Oct. 1752 (Gams 129).

[4]) Promovetur ad Assuritan. c. ind. ... cons. ep. et 2 pbr. (S. Br. 3347 f. 1' ss.) iuxta decr. S. Congr. Prop. 26 Apr. 1756 emanatum et a S.S. 2 Maii approbatum (l. c. f. 8); 5 Iun. 1756 deput. vic. apost. regnorum Idalcan, Golcondae et Magni Mogolis (l. c. f. 7); Ioannes D., in saeculo vocatus «Michael Antonius Chiavassa», nat. in loco Racconigi dioec. Taurinen 1 Mart. 1710, vota religiosa emisit 6 Apr. 1728; consecr. Verapoli 30 Nov. 1757 ab ep. Areopolien.; ob. 25 Ian. 1772 (Analecta O.Carm.Discalc. 9, 1934, 281-288). In actis erronee vocatur «Ioannes Dominicus a S. Theresia».

[5]) Promovetur ad Assuren. et deput. suffrag. Wormatien. ad pontif., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mens. epalis Wormatien. fructibus, c. ret. can.tuum et praeb. colleg. S. Petri et S. Victoris necnon decanatus et can.tus et praeb. colleg. S. Crucis Moguntin civ. (AC 36 f. 101'); bulla prov. (S. Br. 3664 f. 85 ss.); nat. in loco de Niederberg dioec. Treviren., bapt. 24 Mart. 1711, charactere cler. insign. 25 Oct. 1721, prom. ad ord. min. et subdiac.tus 14 Dec. 1732, diac.tus et pbr.tus 29 Maii, 11 Iun. 1734, in univ. Moguntin. studio iur. utr. operam navavit a 26 Oct. 1729 usque ad 28 Oct. 1731, cons. eccl.cus archiep. Moguntin. ab a. 1737 usque ad praesens (A. Cons. 1765 pars II f. 27 ss.); 4 Maii 1765 ei conc. ind. ... cons. ep. et 2 abb. (S. Br. 3570 f. 34); ob. m. Nov. 1779 (P. Cons. 179 f. 52).

[6]) Promovetur ad Assuren. et deput. coadi. c.f.s. ep.o Aduren. (AC 39 f. 119); cf. Aduren.

[7]) Promovetur ad Assuren. c. officio ep.l auxiliaris ep.o Seguntin., c. ret. thesaurariatus Seguntin., c. assign. congruae super fructibus mensae epalis Seguntin. (S. Br. 4344 f. 9 ss.); nat. in oppido Jerez de la Frontera dioec. Hispalen. 29 Ian. 1754, pbr., doct. iur. can. et theol. (P. Cons. 202 f. 43 ss.); tr. ad Albarracinen. 20 Iul. 1801 (AC 49 f. 194); tr. ad Terulen. 20 Dec. 1802 (l. c. f. 403); tr. ad Granaten. 19 Dec. 1814 (AC 51 f. 5); ob. 29 Nov. 1837 (España Sagrada 51, 35).

Asten.

[1]) A. 1757: Civ. Asten. sita in prov. Pedemontana inhabitatur a 15000 circ. incolarum, sub dominio temporali ducis Sabaudiae; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Mediolanen.; in ea sunt 4 dign. et 24 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 2000 circ. scut. mon. Rom.; in civ. sunt 7 eccl. paroec., ex quibus 1 colleg., 14 conventus virorum, 5 mon. monialium; dioec. continet 120 circ. loca (P. Dat. 134 f. 142' ss.); taxa 618 flor. (AC 35 f. 86).

[2]) Promovetur c. decr. ... vac. can.tus et poenitentiaria praeb. Fossanen. (AC 32 f. 20); nat. in civ. Fossanen. 25 Maii 1697, prom. ad ord.

ob. Iosephi Ph.	**Ioannes Philippus Antonius** Sammartini 3)	18 Iul. 1757	AC 35 f. 86
ob. Ioannis Ph. A.	**Paulus Mauritius** Caissotti, Congr.Orat.4)	19 Apr. 1762	AC 35 f. 369
ob. Pauli M.	**Petrus Arboreus** Gattinara 5)	15 Sept. 1788	AC 40 f. 141'

Astoricen(sis) *(Astorga)* in Hispania 1)

ob. Iosephi F. Bermúdez	**Petrus** de Cáceres 2)	27 Ian. 1738	AC 31 f. 153
ob. Petri	**Matthias** Escalzo y Acedo 3)	4 Mart. 1748	AC 33 f. 188'
ob. Matthiae	**Franciscus Xaverius** Sánchez Cabezón 4)	27 Apr. 1750	AC 34 f. 14
ob. Francisci X.	**Ioannes Emmanuel** Merino 5)	1 Iun. 1767	AC 36 f. 274'
ob. Ioannis E.	**Antonius** López, O.F.M.Obs.6)	15 Dec. 1783	AC 39 f. 275
ob. Antonii	**Emmanuel** Abad y Lasierra, ep. de Ibiza 7)	28 Sept. 1787	AC 40 f. 107
dim. Emmanuelis	**Franciscus** Gutiérrez Vigil 8)	11 Apr. 1791	AC 40 f. 242

Athenarum seu **Athenien(sis)** *(Athenae)* in Graecia seu Hellade Prima, metrop., tit.1)

prom. Barth. Massei ad cardinalatum	**Nicolaus Xaverius** Albini, ep. Leucen.2)	8 Ian. 1731	AC 30 f. 67
certo modo	**Ludovicus** Merlini 3)	27 Oct. 1740	S. Br.

---

pbr.tus 5 Maii 1720, doct. iur. utr. univ. Caesenaten. 23 Mart. 1741, lect. theol. civ. Fossanen., exam. synodalis Fossanen. (P. Dat. 118 f. 77 ss.); nomin. r. Sardiniae 22 Febr. 1741 (l. c.); consecr. Romae 25 Apr. 1741 a Benedicto PP. XIV (Arch. Caer. 593 p. 335); fit ep. solio Pont. assist. 25 Apr. 1741 (S. Br. 3019 f. 40); ob. 1 Apr. 1757 (Gams 813).

3) Promovetur c. decr. ... vac. archipbr.tus Montis Regalis prov. Taurinen. ceteraque benef. suspenso ... ad obitum (AC 35 f. 86); nat. in loco de Castelnuovo dioec. Ipporegien. 18 Aug. 1711, prom. ad ord. pbr.tus 25 Febr. 1736, doct. iur. utr. univ. Taurinen. 3 Iul. 1741, provic. gen. et exam. synodalis Montis Regalis, nepos Caroli F. ep. Montis Regalis (P. Dat. 134 f. 141 ss.); nomin. r. Sardiniae 25 Maii 1757 (l. c.); consecr. Romae 25 Iul. 1757 a card. Guidoboni Cavalchini (Arch. Caer. 601 p. 62); ob. in loco de Magliano dioec. Asten. (P. Dat. 139 f. 44') 7 Iun. 1761 (Gams 813).

4) Promovetur ad Asten. (AC 35 f. 369); nat. in civ. Taurinen. 1 Dec. 1726, prom. ad ord. pbr.tus 5 Iun. 1751, doct. theol. univ. Taurinen. 12 Iun. 1749, doct. iur. utr. eiusdem univ. (P. Dat. 139 f. 43 ss.); nomin. r. Sardiniae 10 Febr. 1762 (l. c.); consecr. Romae 23 Maii 1762 a card. Acciaiuoli (Diario 7005 p. 7 s.); ob. in resid. 8 Aug. 1786 (P. Dat. 162 f. 35').

5) Promovetur c. ret. duorum simplicium benef., c. reserv. pens. usque ad summam 400 duc. auri de Camera pro pers. nominandis non exced. ... 3am fr., c. decr. ... vac. can.tus et praeb. Vercellen. (AC 40 f. 141'); nat. in civ. Vercellen. 3 Ian. 1747, prom. ad ord. pbr.tus 21 Sept. 1771, doct. theol. univ. Taurinen. 18 Iun. 1770, convictor in regia congr. Supergae, deinde director sem. epalis Vercellen., exam. synodalis, ad praesens vic. gen. Vercellen. (P. Dat. 162 f. 34 ss.); nomin. r. Sardiniae 7 Maii 1788 (l. c. f. 38); consecr. Romae 21 Sept. 1788 a card. Gerdil (Diario 1434 p. 11); ob. 12 Ian. 1809 (Gams 813).

Astoricen.

1) A. 1750: Civ. Astoricen. sita in regno Castellae inhabitatur a 2000 circ. incolarum, et marchioni de Astorga in temporalibus subest; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Compostellan.; in ea sunt 9 dign. et 26 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 12000 circ. duc. illius mon.; in civ. sunt 3 eccl. paroec., 2 conventus virorum, 2 mon. monialium (P. Cons. 138 ff. 73', 76); taxa 900 flor. (AC 34 f. 14).

2) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 1584 duc. auri de Camera et 16½ iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis non exced. ... 3am fr., c. decr. ... vac. can.tus et poenitentiaria praeb. regalis colleg. loci de Balsaín nunc. nullius dioec. prov. Toletan., instit. sem., erig. mont. piet. (AC 31 f. 153); nat. in civ. Segobien. 29 Nov. 1688, pbr., doct. theol. (P. Cons. 124 f. 115 ss.); ob. 15 Sept. 1747 (P. Cons. 136 f. 42).

3) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 1243 duc. auri de Camera ac 13¼ iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis non exced. ... 3am fr., c. decr. ... instit. sem., erig. mont. piet. (AC 33 f. 188'); nat. in oppido de Lesma dioec. Pampilonen., bapt. 10 Iun. 1690, pbr., doct. iur. utr. univ. Vallisoletan. (P. Cons. 136 f. 40 ss.); ob. 11 Nov. 1749 (Gams 9).

4) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 1280 duc. auri de Camera et 11½ iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis non exced. ... 3am fr., c. decr. ... vac. can.tus et lectoris praeb. Abulen., instit. sem., erig. mont. piet. (AC 34 f. 14); nat. in loco de Treguajantes dioec. Calaguritan., bapt. 28 Sept. 1684, pbr., doct. theol. (P. Cons. 138 f. 67 ss.); consecr. in civ. Abulen. 21 Iun. 1750 ab ep. Abulen. (l. c. f. 74); ob. 27 Ian. 1767 (P. Cons. 155 f. 398').

5) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 1894 duc. auri de Camera ac 3 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis non exced. ... 3am fr., c. decr. ... vac. can.tus et magistralis praeb. Calaguritan., repar. dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 36 f. 274'); nat. in loco de Lumbreras dioec. Calaguritan., bapt. 26 Iun. 1710, pbr., doct. theol., visit. gen. Calaguritan. (P. Cons. 155 f. 390 ss.); ob. 5 Aug. 1782 (Gams 9).

6) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 2427 duc. auri de Camera et 4 iuliorum mon. Rom. computatis antiquis pro pers. nominandis non exced. ... 3am fr., c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 39 f. 275); nat. in loco de Casarrubios del Monte dioec. Toletan. 13 Iun. 1721, pbr., doct. theol. univ. Seguntin., primarius lect. theol. in univ. studiorum Alcalá de Henares nunc. (P. Cons. 183 f. 27 ss.); consecr. Matriti 1 Febr. 1784 ab archiep. Hispalen. (Iuramenta 8 f. 55 ss.); ob. 14 Mart. 1787 (Gams 9).

7) Absolv. a vinc. de Ibiza, praesent. r. cath., tr. c. reserv. pens. usque ad summam 2750 duc. auri de Camera pro pers. nominandis non exced. ... 3am fr., c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 40 f. 107); dim. 9 Apr. 1791 (P. Dat. 164 f. 37 ss.); promovetur ad Selymbrien. 11 Apr. 1791.

8) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. 2062 duc. auri de Camera et 8½ iuliorum mon. Rom. pro Emmanuele ep. dimittente necnon ultra eam c. reserv. aliarum pens. usque ad summam 1922 duc. similium et 3 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, c. decr. ... vac. prioratus et can.tus ac magistralis praeb. Corduben., perfect. sem., erig. mont. piet. (AC 40 f. 242); nat. in loco de Huerta-Hernando dioec. Seguntin. 8 Maii 1730, pbr., doct. theol. univ. Seguntin., lect. theol. eiusdem univ., exam. synodalis Corduben. et Seguntin., vic. gen. et capitularis Corduben. (P. Cons. 193 f. 46 ss.); consecr. Matriti 24 Iul. 1791 a card. de Lorenzana (Iuramenta 10 f. 86); fit ep. solio Pont. assist. 27 Apr. 1801 (Diario 37 p. 2); ob. 13 Oct. 1805 (P. Cons. 207 A f. 27').

Athenarum

1) Eccl. metrop. Athenien. sita est in Graecia seu Hellade Prima (Index Sed. tit. n. 8).

2) Absolv. a vinc. Leucen., tr. c. ret. omnium, quae obtinet, ac reintegratione ad sui favorem reddituum dotis alias praedictae eccl. Athenarum attributae (AC 30 f. 67); bulla prov. (S. Br. 2964 f. 215 ss.); ob. Romae 11 Apr. 1740 (Diario 3542 p. 43 s.).

3) Pbr., votans Signaturae Iustitiae, pro-aud. ac cubic. secretus S.tis S., promovetur c. ret. omnium, quae obtinet (S. Br. 3386 f. 143 ss.);

assign. tt.[1] card.[11] Merlini	**Ioannes Carolus** Boschi[4])	22 Sept. 1760	AC 35 f. 288
assign. tt.[1] card.[11] Boschi	**Ignatius** Reali[5])	26 Sept. 1766	AC 36 f. 210
ob. Ignatii	**Iosephus Maria** Contesini[6])	25 Ian. 1768	AC 36 f. 316
ob. Ioannis M.	**Iulius Caesar** Zollio[7])	27 Iun. 1785	AC 40 f. 33
ob. Iulii C.	**Camillus** Campanelli[8])	27 Iun. 1796	AC 41 f. 323'

Atrebaten(sis) *(Arras)* in Gallia[1])

ob. Francisci de Baglion	**Ioannes** de Bonneguise[2])	25 Sept. 1752	AC 34 f. 102
ob. Ioannis	**Ludovicus Franciscus Marcus Hilarius** de Conzié, nuper ep. Audomaren.[3])	21 Aug. 1769	AC 37 f. 13'

Atrien(sis) v. Pennen(sis)

Attal(i)en(sis) *(Attalea)* in partibus infidelium, tit.[1])

certo modo	**Carolus Maria Iosephus** Fornari, nuper ep. Albinganen.[2])	18 Dec. 1730	AC 30 f. 53

Audomaren(sis) *(Saint-Omer)* in Gallia[1])

ob. Ios. A. de Valbelle	**Franciscus Iosephus** de Brunes[2])	16 Sept. 1754	AC 34 f. 226'

---

consecr. Romae 8 Dec. 1740 a Benedicto PP. XIV (Arch. Caer. 593 p. 132); fit ep. solio Pont. assist. 11 Dec. 1740 (S. Br. 3218 f. 208); 11 Ian. 1741 deput. proc. Sedis Apost. pro componendis controversiis inter Sedem Apost. et Sabaudiae curiam (S. Br. 3386 f. 223); 27 Ian. 1741 deput. nunt. apost. apud regem Sardiniae uti ducem Sabaudiae (S. Br. 2998 f. 1 ss.); 20 Sept. 1756 deput. praesidens status Urbini (S. Br. 3353 f. 69); creatur card. 24 Sept. 1759 (cf. S.R.E. card. III, 6).

4) Promovetur c. ret. can.[tus] et praeb. bas. S. Petri de Urbe et ceterorum omnium, quae obtinet (AC 35 f. 288); bulla prov. (S. Br. 3659 f. 533 ss.); nat. in civ. Faventin., bapt. 9 Apr. 1715, prom. ad ord. min. 7 Febr. 1745, pbr.[tus] 5 Mart. 1746, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 20 Iun. 1746, utr. sign. ref., iam praef. Cubiculi Benedicti PP. XIV, abbreviator litterarum apost. per viam de Curia nunc. expediendarum, supplicum libellorum a secretis, arcanarum epistolarum secr., ad praesens cons. S. Rit. Congr., prot. apost., S.[tis] S. Cubiculi praef. (P. Dat. 137 f. 119 ss.); consecr. Castri Gandulphi 5 Oct. 1760 a Clemente PP. XIII (Diario 6750 p. 7 ss.); fit ep. solio Pont. assist. 31 Oct. 1760 (S. Br. 3481 f. 584); creatur card. 21 Iul. 1766 (cf. S.R.E. card. III, 39).

5) Promovetur c. ret. can.[tus] archidiaconalis ac praeb. et altaristatus bas. S. Petri de Urbe necnon offic. s. caeremoniarum Capellae Pont. praefecti, et ceterorum omnium, quae obtinet (AC 36 f. 210); bulla prov. (S. Br. 3665 f. 269 ss.); nat. Romae 14 Aug. 1695, prom. ad ord. pbr.[tus] 5 Oct. 1721, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 19 Sept. 1713, utr. sign. ref., S. Congr. Indulgentiarum ac Fabricae S. Petri adscriptus, S. Caeremonialis Congr. secr., cubic. secretus, Clementis XI, Innocentii XIII, Benedicti XIII ac Benedicti XIV caeremoniarum apost. mag., necnon a pontificatu Clementis XII eiusdem praefecti officium exercere incepit et usque ad praesens exercet (P. Dat. 143 f. 121 ss.); fit ep. solio Pont. assist. 30 Sept. 1766 (S. Br. 3604 f. 989); consecr. Romae 5 Oct. 1766 a Clemente PP. XIII (Arch. Caer. 606 p. 396); ob. Romae 8 Dec. 1767 (Diario 7872 p. 14 s.).

6) Promovetur c. ret. can.[tus] et praeb. bas. Lateranen. et ceterorum omnium, quae obtinet (AC 36 f. 316); bulla prov. (S. Br. 3667 f. 25 ss.); nat. Venetiis 19 Ian. 1714, prom. ad ord. pbr.[tus] 22 Dec. 1736, doct. iur. utr. univ. Patavin. 15 Maii 1736, cubic. secretus S.[tis] S. (P. Dat. 145 f. 1 ss.); consecr. Romae 31 Ian. 1768 a Clemente PP. XIII (Arch. Caer. 625 p. 15 s.); fit ep. solio Pont. assist. 2 Febr. 1768 (S. Br. 3632 f. 62); ob. Romae 28 Febr. 1785 (Diario 1062 p. 12).

7) Promovetur c. disp. super eo quod nec in minoribus nec in s. ord. constitutus existat, c. ret. omnium, quae obtinet, c. decr. ... prof. fidei (AC 40 f. 33); bulla prov. (S. Br. 4377 f. 164 ss.); nat. in civ. Ariminen. 24 Aug. 1733, charactere cler. insign. 1 Nov. 1744, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 8 Aug. 1776, iam rector comitatus Venayssini (P. Dat. 160 f. 154 ss.); consecr. Romae 28 Oct. 1785 a card. Boschi (Diario 1132 p. 4); deput. nunt. apost. apud ducem Bavariae 22 Nov. 1785 (S. Br. 4059 f. 221 ss.); ob. 13 Apr. 1795 (Diario 2122 p. 27 s.).

8) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso ... ad obitum (AC 41 f. 323'); bulla prov. (S. Br. 4388 f. 78 ss.); nat. in civ. Mathilicien. 21 Iul. 1747, prom. ad ord. pbr.[tus] 13 Ian. 1771, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 23 Dec. 1778, iam vic. gen., exam. et iudex synodalis Anagnin.; ad praesens prot. apost. honorarius, frater germanus card. Campanelli (P. Dat. 169 f. 51 ss.); fit ep. solio Pont. assist. 28 Iun. 1796 (S. Br. 4305 f. 2); consecr. Romae 3 Iul. 1796 a card. Valenti Gonzaga (Diario 2246 p. 8); tr. ad Perusin. 23 Sept. 1805 (AC 50 f. 255); ob. 30 Iul. 1818 (Ep. ad Princ. 234 sine f.).

Atrebaten.

1) A. 1752: Civ. Atrebaten. sita in prov. Arthesiae inhabitatur a 16000 circ. christifidelium, sub dominio temporali regis X[mi]; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Cameracen.; in ea sunt 6 dign. et 40 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 15000 circ. libr. Turonen.; in civ. sunt 11 eccl. paroec., 8 conventus virorum, 10 mon. monialium; dioec. continet 400 parochias (P. Cons. 140 f. 57 s.); taxa 4000 flor. (AC 34 f. 102).

2) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. ret. compat., c. decr. ... repar. dom. epalis (AC 34 f. 102); nat. in castello de Badefols dioec. Petragoricen., aet. 46 an., pbr., lic. theol. fac. Parisien. et socius Sorbonicus, archidiac. et can. et vic. gen. Cameracen, eleemos. serenissimae delphinae (P. Cons. 140 f. 52 ss.); nomin. r. X[mo] 16 Apr. 1752 (l. c. f. 53); ob. 28 Febr. 1769 (P. Cons. 157 f. 29').

3) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. ret. compat., c. reserv. pens. 3500 libr. Turonen. pro 2 pers. nominatis, c. decr. ... repar. dom. epalis (AC 37 f. 13'); nomin. r. X[mo] 18 Iun. 1769 (P. Cons. 157 f. 27); a. 1801 non resignavit (P. Cons. 205 f. 160'); ob. Londini 17 Dec. 1804 (Jean 175).

Attal(i)en.

1) Duae habentur eccl. tit. Attalen., una in Lydia sub metrop. Sardian., altera in Pamphylia Secunda sub metrop. Pergen. (Index Sed. tit. nn. 282, 558).

2) Promovetur c. ret. pens., quam percipit, c. decr. ... vac. omnia benef. suspenso ... ad obitum, prof. fidei et iuram. fidel. (AC 30 f. 53); bulla prov. (S. Br. 2964 f. 423 ss.).

Audomaren.

1) A. 1769: Civ. Audomaren. sita in prov. Arthesiae inhabitatur a 15000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis X[mi]; eccl. cathedr. sub invocatione S. Audomari suffrag. metrop. Cameracen.; in ea sunt 3 dign., theologalis et poenit., 30 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 20000 libr. Turonen. omnibus deductis oneribus; in civ. sunt 6 eccl. paroec., plura mon. virorum et monialium; dioec. complectitur 106 parochias (P. Cons. 157 f. 41 ss.); taxa 1000 flor. (AC 37 f. 14). - Eccl. Audomaren. supprimitur 29 Nov. 1801 (S. Br. 4702 n. 2).

2) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. ret. compat., c.

ob. Francisci I.	**Ludovicus Franciscus Marcus Hilarius** de Conzié 3)	14 Apr. 1766	AC 36 f. 139
dim. Ludovici F. M. H.	**Ioachimus Franciscus Mamertus** de Conzié 4)	21 Aug. 1769	AC 37 f. 14
dim. Ioachimi F. M.	**Ioannes Augustus** de Chastenet de Puységur 5)	29 Maii 1775	AC 38 f. 77'
dim. Ioannis A.	**Iosephus Maria Alexius** de Bruyères-Chalabre 6)	20 Iul. 1778	AC 39 f. 28'

Augustan(a) Praetoriae *(Aosta)* in Italia superiore 1)

ob. Ioannis Grillet	**Petrus Franciscus** de Sales 2)	17 Apr. 1741	AC 32 f. 19'
ob. Petri F.	**Paulus Iosephus** Solaro 3)	20 Sept. 1784	AC 39 f. 297'

Augustan(a) Vindelicorum *(Augsburg)* in Germania 1)

ob. Ioannis F. Schenk	**Iosephus** von Hessen-Darmstadt 2)	2 Ian. 1741	AC 32 f. 7
. . . .	**Clemens Wenceslaus** von Sachsen, el. ep. Frisingen. et Ratisbonen., fit coadi. c.f.s. 3)	27 Mart. 1765	AC 36 f. 93

Augustodunen(sis) v. Aeduen(sis)

ob. Dominici N.	**Iacobus** Costa, ep. Ripan.4)	29 Maii 1747	AC 33 f. 121
ob. Iacobi	**Ioannes Bapt.** Sandi, ep. Iustinopolitan.5)	24 Maii 1756	AC 35 f. 20'
ob. Ioannis B.	**Sebastianus** Alcaini, ep. Apollonien.6)	26 Sept. 1785	AC 40 f. 40'

Benden(sis) *(Benda)* in Epiro Nova, tit.1)

certo modo	**Hieronymus** Wielogłowski, fit suffrag. Premislien.2)	22 Sept. 1760	AC 35 f. 290'
ob. Hieronymi	**Vladislaus Ioannes** Walknowski, fit suffrag. Posnanien.3)	19 Dec. 1768	AC 36 f. 347'
ob. Vladislai I.	**Adalbertus Iosephus** Gadomski, fit suffrag. Plocen.4)	23 Sept. 1782	AC 39 f. 227'

Beneventan(a) *(Benevento)* in Italia inferiore, metrop.1)

certo modo	**Sinibaldus** Doria, archiep. Patracen.2)	21 Maii 1731	AC 30 f. 124
ob. card. Doria	**Seraphinus** Cenci 3)	18 Dec. 1733	AC 30 f. 307
ob. card. Cenci	**Franciscus** Landi 4)	18 Sept. 1741	AC 32 f. 46'

Bellunen.

1) A. 1747: Civ. Bellunen. sita in Marchia Tarvisin. inhabitatur a 5000 circ. incolarum, sub dominio temporali reipublicae Venetae; eccl. cathedr. sub invocatione S. Martini suffrag. patr. Aquilegien.; in ea sunt 1 dign. et 10 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 3500 circ. duc. illius mon.; in civ. sunt 4 conventus virorum et 2 mon. monialium (P. Dat. 124 f. 62 s.); taxa 700 flor. (AC 33 f. 121). - 1 Maii 1818 Bellunen. unitur c. Feltren. (Collezioni 5 f. 230 ss.).

2) Promovetur c. ret. mon. S. Euphemiae O.S.B. Tarvisin. dioec., c. decr. ... vac. cetera benef., suspenso ... ad obitum (AC 30 f. 50); nat. Venetiis 29 Oct. 1673, prom. ad ord. pbr.tus 14 Apr. 1697, doct. iur. utr. univ. Patavin. 25 Aug. 1695, iam archipbr. in dioec. Brixien. (P. Dat. 107 f. 137 ss.); consecr. Romae 17 Dec. 1730 a card. Ottoboni (Arch. Caer. 570 p. 103 s.); ob. ante 21 Ian. 1736 (Vescovi 164 f. 84).

3) Absolv. a vinc. Pharen., tr. c. ret. pens., quas percipit, c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel. (AC 31 f. 82'); ob. in resid. 14 Mart. 1747 (P. Dat. 124 f. 62').

4) Absolv. a vinc. Ripan., tr. c. reserv. pens. usque ad summam 400 scut. mon. Rom. pro pers. nominandis, c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel. (AC 33 f. 121); ob. in resid. 19 Aug. 1755 (P. Dat. 133 f. 63').

5) Absolv. a vinc. Iustinopolitan., tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., vac. omnia benef., suspenso ... ad obitum (AC 35 f. 20'); ob. 12 Aug. 1785 (Gams 777).

6) Absolv. a vinc. Apollonien., tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel. (AC 40 f. 40'); fit ep. solio Pont. assist. 16 Nov. 1785 (S. Br. 4061 f. 8); ob. Venetiis 4 Mart. 1803 (Vescovi ep. Napol. 27 sine f.).

Benden.

1) Eccl. Benden. sita est in Epiro Nova sub metrop. Dyrrachien. (Index Sed. tit. n. 101).

2) Promovetur ad Benden. et deput. suffrag. Premislien. ad pontif., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mensae epalis Premislien. fructibus, c. ret. scholastriae Cracovien., decanatus Premislien. et archidiac.tus colleg. Grabovien. (AC 35 f. 290'); bulla prov. (S. Br. 3659 f. 383 ss.); nat. in dioec. Cracovien., bapt. 15 Aug. 1703, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 20 Sept. 1722, pbr.tus 22 Maii 1727, doct. iur. utr. univ. Cracovien. 20 Maii 1736, pluries iudex deputatus ad supremum tribunal regni Poloniae (P. Cons. 149 f. 598 ss.); ob. circ. m. Ian. 1767 (P. Cons. 156 f. 125).

3) Promovetur ad Benden. et deput. suffrag. Posnanien. ad pontif., c. disp. ... gradus, c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mensae epalis Posnanien. fructibus, c. ret. mon. Tremesnen. O.C.S. Aug. ac primiceriatus Posnanien. et paroec. eccl. Wielichovien. dioec. Posnanien. (AC 36 f. 347'); bulla prov. (S. Br. 3667 f. 203 ss.); nat. in loco de Łaszczyn dioec. Posnanien., bapt. 21 Iun. 1714, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 26 Maii 1736, subdiac.tus 21 Sept. 1739, diac.tus et pbr.tus 6 Ian., 2 Febr. 1740, pluries iudex deputatus ad supremum tribunal regni Poloniae (P. Cons. 156 f. 21 ss.); consecr. Varsaviae 26 Febr. 1769 ab ep. Posnanien. (Iuramenta 5 f. 83); ob. m. Dec. 1779 (A. Cons. 1780 f. 432).

4) Promovetur ad Benden. et deput. suffrag. Plocen. ad pontif., c. disp. ... gradus, c. ret. primiceriatus Plocen. et decanatus colleg. Plocen., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mensae epalis Plocen. fructibus (AC 39 f. 227'); bulla prov. (S. Br. 4374 f. 89 ss.); bapt. in paroec. eccl. Duczyminen. dioec. Plocen. 21 Apr. 1720, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 21 Dec. 1743, subdiac.tus et diac.tus 19 Iul., 16 Dec. 1744, pbr.tus 2 Maii 1745, lect. theol. et director sem. Fultovien. (P. Cons. 182 f. 56 ss.); ob. 23 Iun. 1791 (Szostkiewicz 59).

Beneventan.

1) A. 1752: Civ. Beneventan. inhabitatur a 14000 circ. incolarum, sub dominio temporali Sedis Apost.; eccl. metrop. est sub invocatione Assumptionis B.M.V.; in ea sunt 6 dign. et 27 can.tus; valor ann. fr. mens. archiepalis 10000 circ. duc. illius mon.; in civ. sunt 8 eccl. paroec., 2 colleg., 16 conventus virorum, 2 mon. monialium; dioec. continet 90 loca circ. (P. Dat. 129 f. 13' ss.); taxa 816 2/3 flor. (AC 34 f. 84').

2) Absolv. a vinc. Patracen., tr. c. ret. compat. ac mon. S. Mariae de Insula Gallinaria Albinganen. necnon S. Fructuosi de Capite Montis O.S.B. Ianuen. respect. dioec., c. reserv. pens. usque ad summam 2000 scut. mon. Rom. pro pers. nominandis (AC 30 f. 124); conc. Pallium 21 Maii 1731 (l. c. f. 129'); bulla prov. (S. Br. 2964 f. 567 ss.); creatur card. 24 Sept. 1731 (cf. S.R.E. card. I, 7). - 8 Dec. 1733 Carolus Pedicini, can. et thesaur. Beneventan., deput. vic. apost. Beneventan. (S. Br. 2823 f. 61 ss.).

3) Promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 1000 scut. mon. Rom. pro pers. nominandis, c. ret. pens., quam percipit, c. decr. ... repar. dom. archiepalis (AC 30 f. 307); conc. Pallium 20 Ian. 1734 (AC 31 f. 8); bulla prov. (S. Br. 2966 f. 501 ss.); nat. Romae 20 Maii 1676, prom. ad ord. min. 24 Nov. 1726, subdiac.tus et diac.tus 22, 28 Dec. 1726, pbr.tus 1 Ian. 1727, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 14 Maii 1701, utr. sign. ref., prael. Visitationis, ponens Congr. Fabricae bas. S. Petri ac boni regiminis, votans Signaturae Iustitiae, ad praesens aud. causarum Palatii Apost., regens Poenitentiariae (P. Dat. 110 f. 199 ss.); consecr. Romae 26 Dec. 1733 a card. Guadagni (Diario 2562 p. 6); creatur card. 24 Mart. 1734 (cf. S.R.E. card. I, 17). - 17 Oct. 1740 Dominicus Antonius Manfredi ep. Boianen. deput. vic. apost. Beneventan. (S. Br. 3386 f. 119 ss.).

4) Promovetur c. disp. ... pbr.tus ord., c. ret. mon. S. Basilidis de Cavana dioec. Parmen., c. reserv. pens. usque ad summam 2200 scut. mon. Rom. computatis antiquis pro pers. nominandis, c. decr. ... vac. cetera benef., suspenso ... ad obitum (AC 32 f. 46'); conc. Pallium 27 Nov. 1741 (l. c. f. 55'); bulla prov. (S. Br. 3392 f. 86 ss.); nat. in civ. Placentin. 9 Iul. 1682, prom. ad ord. min. 20 Aug. 1741, subdiac.tus, diac.tus et pbr.tus 27 Aug., 3, 8 Sept. 1741, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 10 Febr. 1733, utr. sign. ref., secr. S. Congr. super disciplina regulari, cons. S. Officii, exam. promovendorum ad eccl.as (P. Dat. 118 f. 199 ss.); consecr. Romae 12 Nov. 1741 a Benedicto PP. XIV (Diario 3792 p. 2); fit ep. solio Pont. assist. 3 Dec. 1741 (Diario 3804 p. 4);

dim. card. Landi	**Franciscus** Pacca 5)	20 Mart. 1752	AC 34 f. 84'
ob. Francisci	**Ioannes Bapt.** Colombini, O.F.M.Conv. 6)	19 Dec. 1763	AC 35 f. 427
ob. Ioannis B.	**Franciscus Maria** Banditi, nuper ep. Montis Falisci et Cornetan. 7)	29 Maii 1775	AC 38 f. 73
ob. card. Banditi	**Dominicus** Spinucci, ep. Maceraten. et Tolentin. 8)	27 Iun. 1796	AC 41 f. 320

Bergomen(sis) *(Bergamo)* in Italia superiore 1)

dim. card. Porzia	**Antonius** Redetti 2)	22 Nov. 1730	AC 30 f. 39
ob. Antonii	**Marcus** Molin, O.S.B. 3)	13 Sept. 1773	AC 37 f. 255'
ob. Marci	**Ioannes Paulus** Dolfin, ep. Ceneten. 4)	28 Iul. 1777	AC 38 f. 192'

Beroën(sis) *(Beroë)* in Thracia, tit. 1)

certo modo	**Felix Samuel** Rodotà 2)	17 Sept. 1735	S. Br.

Bertinorien(sis) v. **Brictinorien(sis)**

Beryten(sis) seu **Baruten(sis)** *(Berytus, Berut)* in Phoenicia Prima, tit. 1)

ob. Francisci H. Hodierna	**Iosephus** Garampi 2)	27 Ian. 1772	AC 37 f. 167'

creatur card. 9 Sept. 1743 (cf. S.R.E. card. II, 10); dim. Beneventan. 17 Ian. 1752 (P. Dat. 129 f. 15a).

5) Promovetur c. ret. mon. B. Mariae de Grypta in Vitulano nunc. O.S.B. nullius dioec. prov. Beneventan., c. decr. ... vac. cetera benef., suspenso ... ad obitum, c. reserv. pens. usque ad summam 750 scut. mon. Rom. pro pers. nominandis salvis antiquis (AC 34 f. 84'); conc. Pallium 24 Apr. 1752 (l. c. f. 90); nat. in civ. Beneventan. 30 Ian. 1692, prom. ad ord. pbr.tus 5 Iun. 1751, doct. phil. et theol. univ. Collegii Romani 9 Mart. 1733, utr. sign. ref., ad praesens cler. Camerae Apost. (P. Dat. 129 f. 13 ss.); consecr. Romae 25 Mart. 1752 a card. Spinelli (Diario 5415 p. 4); fit ep. solio Pont. assist. 26 Mart. 1752 (S. Br. 3292 f. 15); ob. in resid. 14 Iul. 1763 (P. Dat. 140 f. 128').

6) Promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 1000 scut. mon. Rom. salvis antiquis pro pers. nominandis (AC 35 f. 427); conc. Pallium 19 Dec. 1763 (Cons. 1763/1764 f. 253); bulla prov. (S. Br. 3663 f. 19 ss.); nat. in civ. Brixien. 23 Apr. 1703, prom. ad ord. pbr.tus 6 Apr. 1726, doct. theol. coll. S. Bonaventurae, lect. phil. et theol., min. provincialis prov. Ianuen., guardianus conventus Papien., cons. S. Officii et exam. synodalis Papien., lect. univ. Papien., proc. gen. sui Ordinis, ad praesens min. gen., exam. ep.orum, cons. S. Inquisitionis (P. Dat. 140 f. 125 ss.); consecr. Romae 8 Ian. 1764 a Clemente PP. XIII (Arch. Caer. 605 p. 194); fit ep. solio Pont. assist. 17 Ian. 1764 (S. Br. 3545 f. 560); ob. in resid. 3 Febr. 1774 (P. Dat. 152 f. 120).

7) Promovetur ad Beneventan. (AC 38 f. 73); conc. Pallium 29 Maii 1775 (l. c. f. 79); 28 Maii 1775 deput. admin. Montis Falisci et Cornetan. ad totum m. Dec. currentis anni (S. Br. 3818 f. 358 ss.); creatur card. et in pectore reserv. 17 Iul. 1775, publicatur 13 Nov. 1775 (cf. S.R.E. card. V, 4).

8) Absolv. a vinc. Maceraten. et Tolentin., tr. c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso ... ad obitum, vac. officium vic. apost. Recanaten. et Lauretan. (AC 41 f. 320); conc. Pallium 27 Iun. 1796 (l. c. f. 375); creatur card. 8 Mart. 1816 (AC 51 f. 161); ob. in resid. 21 Dec. 1823 (P. Dat. 188 f. 73').

Bergomen.

1) A. 1730: Civ. Bergomen. sita in Lombardia inhabitatur a 30000 circ. incolarum, sub dominio temporali reipublicae Venetae; eccl. cathedr. sub invocatione S. Alexandri suffrag. metrop. Mediolanen.; in ea sunt 4 dign. et 44 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 6000 circ. scut. mon. Rom.; in civ. et suburbiis sunt 13 eccl. paroec., 4 colleg., 12 conventus virorum, 11 mon. monialium; dioec. continet 200 circ. loca (P. Cons. 116 f. 141 ss.); taxa 700 flor. (AC 30 f. 39).

2) Promovetur c. reserv. pens. 2000 scut. mon. Rom. salvis antiquis pro Leandro card. dimittente necnon pro eodem card. iuris conferendi benef. in mensibus Sedi Apost. reservatis (AC 30 f. 39); nat. in loco de Rovigo dioec. Adrien. 4 Nov. 1696, charactere cler. insign. 5 Nov. 1713, prom. ad ord. min. 5 Aug. 1729, diac.tus et pbr.tus 24, 28 Aug. 1729, doct. iur. utr. univ. Patavin. 9 Apr. 1718 (P. Dat. 107 f. 131 ss.); consecr. Romae 30 Nov. 1730 a card. Porzia (Diario 2080 p. 7); ob. in resid. 4 Maii 1773 (P. Dat. 150 f. 328').

3) Congr. Cassinen., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 1500 scut. mon. Rom. pro pers. nominandis (AC 37 f. 255'); nat. Venetiis 30 Iul. 1709, prom. ad ord. pbr.tus 19 Sept. 1733, mag. novitiorum, prior et abb. mon. S. Georgii Venetiis, visit. prov. Lombardiae, ad praesens abb. mon. S. Iustinae civ. Patavin. (P. Dat. 150 f. 326 ss.); consecr. Romae 19 Sept. 1773 a Carolo card. Rezzonico (Arch. Caer. 627 p. 273); ob. in resid. 2 Mart. 1777 (P. Dat. 154 f. 53').

4) Absolv. a vinc. Ceneten., tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel. (AC 38 f. 192'); ob. in resid. 19 Maii 1819 (P. Dat. 185 f. 25').

Beroën.

1) Eccl. archiepalis autocephala Beroën. sita est in Thracia (Index Sed. tit. n. 598).

2) Pbr. Bisignanen. dioec., mag. theol., promovetur ad Beroën. c. fac. suscipiendi munus consecr.is in Urbe ritu Graeco ab ep.is eiusdem ritus, c. ret. benef. ac pens., quae et quas obtinet (S. Br. 2868 f. 19 ss.) iuxta decr. Congr. particularis card. 11 Aug. 1735 emanatum et a S.S. 12 Aug. approbatum (l. c. f. 22); 15 Sept. 1735 ei conc. lic. revertendi a ritu Latino ad ritum Graecum, in quo natus et educatus est (l. c. f. 26 ss.); consecr. Romae 13 Nov. 1735 a Basilio archiep. Achridan. (l. c. f. 21); 16 Mart. 1736 deput. praeses coll. Corsini oppidi Ullani dioec. Bisignanen. (S. Br. 2969 f. 99 ss.); ob. in oppido S. Benedicti Ullani 15 Oct. 1740 (Capialbi 302).

Beryten.

1) Berytus, nunc Berut et Barut, urbs Phoeniciae Primae, sedes epalis sub Tyro metropoli, facta deinde metrop. (Oriens Christ. II, index XXV).

2) Promovetur c. ret. can.tus et praeb. bas. S. Petri de Urbe ac omnium, quae obtinet (AC 37 f. 167'); bulla prov. (S. Br. 3804 f. 41 ss.); nat. in civ. Ariminen. 29 Oct. 1725, prom. ad ord. pbr.tus 31 Maii 1749, doct. iur. utr. per rescriptum apost. 16 Ian. 1772, praef. archivorum secretorum Vaticani et castri S. Angeli de Urbe, prael. domest., cubicularius intimus, arcanarum notarum a secretis (P. Dat. 149 f. 5 ss.); consecr. Romae 9 Febr. 1772 a card. Pallavicino (Arch. Caer. 627 p. 12); deput. nunt. apost. in Polonia 20 Mart. 1772 (S. Br. 3741 f. 3 ss.); fit ep. solio Pont. assist. 19 Apr. 1772 (S. Br. 3742 f. 21); deput. nunt. apost. ad imperatorem et ad reginam Hungariae et Bohemiae 16 Mart. 1776 (S. Br. 3837 ff. 43 ss., 51' s.); tr. ad eccl. Montis Falisci et Cornetan. 20 Maii 1776.

tr. Iosephi ad Montis Falisci et Cornetan.	**Iosephus** Vinci[3])	11 Apr. 1785	AC 40 f. 25'

Bethleemitan(a) *(Bethlehem)* in Palaestina Prima, tit.[1])

ob. Cherubini L. Le Bel	**Ludovicus Bernardus** La Taste, O.S.B.[2])	23 Febr. 1739	AC 31 f. 210
ob. Ludovici B.	**Carolus Maria** de Quélen[3])	16 Dec. 1754	AC 34 f. 233'
ob. Caroli M.	**Franciscus Camillus** de Duranti Lironcourt[4])	30 Mart. 1778	AC 39 f. 8'

Bethsaiden(sis) *(Bethsaida)* in Palaestina Secunda, tit.[1])

ob. Iosephi de Fusco	**Clemens Augustus Maria** von Merle, fit suffrag. Colonien.[2])	24 Iul. 1797	AC 41 f. 412

Biblien(sis) *(Byblus)* in Phoenicia Prima seu Maritima, tit.[1])

ob. Ioannis C. Wozuczyński	**Dominicus Petrus** Karwosiecki, fit coadi. c.f.s. Baccovien.[2])	9 Maii 1774	AC 38 f. 32
certo modo	**Stephanus Adalbertus** Łubieński, fit suffrag. Gnesnen.[3])	29 Nov. 1790	AC 40 f. 232

Birthan(a) seu **Birthen(sis)** *(Birtha)* in Osrhoëne, tit.[1])

certo modo	**Iacobus** Talbot[2])	10 Mart. 1759	S. Br.
ob. Iacobi	**Iacobus** Caulfield, fit coadi. c.f.s. Fernen.[3])	26 Febr. 1782	S. Br.

Bisaccien(sis) v. **S. Angeli Lombardorum**

---

[3]) Promovetur c. disp. ... pbr.^{tus} ord. (AC 40 f. 25'); bulla prov. (S. Br. 4377 f. 124 ss.); nat. in civ. Firman. 27 Iul. 1736, prom. ad ord. pbr.^{tus} 28 Mart. 1785, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 8 Iul. 1763, utr. sign. ref., iam gub. civ. Reatin., Camerinen., Fabrianen., visit. apost. civ. Fabrianen., praesidens Camerae Apost. (P. Dat. 160 f. 196 ss.); deput. nunt. apost. ad Helvetios 26 Apr. 1785 (S. Br. 4046 f. 291 ss.); fit praef. Palatii Apost. 25 Febr. 1794 (S. Br. 4249 f. 86 s.); ob. Romae 30 Sept. 1795 (Diario 2166 p. 20 s.).

Bethleemitan.

[1]) Eccl. Bethleemitan. sita est in Palaestina Prima sub metrop. Caesarien. (Index Sed. tit. n. 985), cui eccl. B.M.V. de Bethleem nunc. prope oppidum de Clamecy in ducatu Nivernen. dioec. Antissiodoren. sita, S. Sedi subiecta, perpetuo canonice unita existit (cf. Hierarchia IV, 114). - Eccl. supprimitur 29 Nov. 1801 (S. Br. 4702 n. 2).

[2]) Congr. S. Mauri, supplic. duce Nivernen. de consensu r. X^{mi}, promovetur eidemque commendatur mon. B. Mariae et S. Calocerii O.S.B. Cathalaunen. dioec. (AC 31 f. 210); nat. in civ. Burdegalen., aet. 47 an., pbr., lect. phil. et theol., iam prior mon. B. Mariae Alborum Mantellorum Parisiis, nunc assist. superioris gen. eiusdem Congr. (P. Cons. 125 f. 45 ss.); supplic. duce Nivernen. 29 Nov. 1738 (l. c. f. 51); ob. 22 Apr. 1754 (Diario 5756 p. 4).

[3]) Supplic. duce Nivernen. de consensu r. X^{mi}, promovetur ad Bethleemitan. (AC 34 f. 233'); nat. in castello de Kerohan dioec. Corisopiten., aet. 51 an., pbr., lic. iur. can., bacc. theol., olim parochus eccl. paroec. civ. Portus Gratiae dioec. Rothomagen. (P. Cons. 143 f. 113 ss.); supplic. duce Nivernen. 4 Iul. 1754 (Ep. Reg. III n. 185); ob. 21 Apr. 1777 (Jean 381).

[4]) Promovetur c. ret. compat., quae obtinet (AC 39 f. 8'); nat. Parisiis, aet. 44 an., pbr., lic. theol. fac. Parisien., vic. gen. Laudunen. (P. Cons. 175 f. 94 ss.); consensus r. X^{mi} 24 Aug. 1777 (l. c. f. 97); supplic. ducis Nivernen. 25 Aug. 1777 (l. c. f. 98); non dim. a. 1801; ob. paulo post in Anglia (Jean 381).

Bethsaiden.

[1]) Eccl. Bethsaiden. sita est in Palaestina Secunda sub metrop. Scythopolitan. (Annuaire Pont. 1916, 373).

[2]) Promovetur ad Bethsaiden. et deput. suffrag. Colonien. ad pontif., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mensae archiepalis Colonien. fructibus, c. ret. can.^{tus} et doctoralis nunc. praeb. Colonien. et benef. simplicis, c. decr. ... prof. fidei (AC 41 f. 412); bulla prov. (S. Br. 4389 f. 91 ss.); nat. Bonnae dioec. Colonien. 4 Iul. 1732, prom. ad ord. min. et subdiac.^{tus} 6 Ian. 1754, diac.^{tus} 3 Mart. 1754, pbr.^{tus} 20 Sept. 1755, bacc. iur. utr. univ. Lovanien. 16 Febr. 1757, iam can. colleg. S. Simeonis Treviris, dein can. colleg. Bonnae, ab a. 1762 can. Colonien. (P. Cons. 201 f. 53 ss.); consecr. Mergenthemii 8 Sept. 1797 ab archiep. Colonien. (Iuramenta 10 f. 137); ob. 4 Ian. 1810 (Binterim 99).

Biblien.

[1]) Eccl. Biblien. sita est in Phoenicia Prima sub metrop. Tyren. (Index Sed. tit. n. 808).

[2]) Promovetur ad Biblien. et deput. coadi c.f.s. ep.° Baccovien. (AC 38 f. 32); cf. Baccovien.

[3]) Promovetur ad Biblien. et deput. suffrag. Gnesnen. ad pontif., c. disp. ... gradus, c. ret. mon. abbatiae nunc. Tremesnen. Congr.Can. Lat., c. congrua consueta in tot bonis stabilibus iam constituta (AC 40 f. 232); bulla prov. (S. Br. 4382 f. 169 ss.); nat. in loco Iwanowicen. dioec. Gnesnen., bapt. 3 Ian. 1734, prom. ad ord. subdiac.^{tus}, diac.^{tus} et pbr.^{tus} 21, 23, 29 Sept. 1759, iam iudex, vicepraesidens et praesidens in tribunali regni Poloniae, in absentia moderni archiep. Gnesnen. et admin. Cracovien. eiusdem eccl. Cracovien. administrator (P. Cons. 192 f. 201 ss.); ob. 21 Maii 1808 (P. Cons. 209 f. 197).

Birthen.

[1]) Eccl. Birthen. sita est in Osrhoëne sub metrop. Edessen. (Index Sed. tit. n. 828).

[2]) Pbr. saec. Anglus, actu missionarius in regno Angliae, promovetur ad Birthan. c. ind. ... cons. ep. et 2 pbr. (S. Br. 3439 f. 13 ss.) iuxta decr. S. Congr. Prop. 13 Febr. 1759 emanatum et a S.S. 18 Febr. approbatum (l. c. f. 23); 10 Mart. 1759 deput. coadi. c.f.s. Richardo ep. Deboren. uni ex quattuor vic. apost. regni Angliae (l. c. f. 22); ob. 26 Ian. 1790 (Brady III, 178).

[3]) Promovetur ad Birthen. et deput. coadi. c.f.s. ep.° Fernen. (S. Br. 3972 f. 9 ss.); cf. Fernen.

Bisignanen(sis) seu **Bisinianen(sis)** *(Bisignano)* in Italia inferiore [1])

dim. Felicis Solazzo	**Bonaventura** Sculco [2])	21 Iun. 1745	AC 32 f. 319'
ob. Bonaventurae	**Laurentius Maria** Varano, O.P.[3])	18 Iun. 1792	AC 40 f. 328'

Bisuntin(a) *(Besançon)* in Gallia, metrop.[1])

dim. Honorati F. de Grimaldis	**Antonius Franciscus** de Bliterswich de Moncley, ep. Aeduen.[2])	31 Mart. 1732	AC 30 f. 199'
ob. Antonii F.	**Antonius Petrus** de Grammont [3])	27 Iun. 1735	AC 31 f. 56'
ob. Antonii P.	**Antonius Clairiardus** de Choiseul de Beaupré [4])	17 Mart. 1755	AC 34 f. 275'
ob. card. Choiseul	**Raymundus** de Durfort, nuper ep. Montis Pessulani [5])	9 Maii 1774	AC 38 f. 33

Bitecten(sis) *(Bitetto)* in Italia inferiore [1])

ob. Lazari Sangiovanni	**Franciscus** Franco [2])	19 Nov. 1736	AC 31 f. 102'
tr. Francisci ad Nicoteren.	**Angelus Maria** Marculli, ep. Civitatis Ducalis [3])	10 Maii 1745	AC 32 f. 314'
ob. Angeli M.	**Hyacinthus Maria** Barberio, O.F.M.Conv.[4])	4 Mart. 1771	AC 37 f. 115

Bisignanen.

[1]) A. 1745: Civ. Bisignanen. sita in prov. Calabriae inhabitatur a 10000 circ. christifidelium, sub dominio temporali regis X[mi]; eccl. metrop. est S. Sedi immed. subi.; in ea sunt 6 dign. et 12 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 3500 circ. duc. illius mon.; in civ. sunt 14 eccl. paroec., 5 conventus virorum; dioec. continet 13 loca (P. Dat. 122 f. 57' ss.); taxa 70 flor. (AC 32 f. 319'). - 27 Iun. 1818 eccl. Bisignanen. aeque principaliter unitur eccl. S. Marci (S. Br. 4713 n. 26).

[2]) Promovetur c. reserv. pens. 514 duc. auri de Camera et 5 iuliorum mon. Rom. salvis antiquis pro Felice ep. dimittente (AC 32 f. 319'); nat. in civ. Cotronen. 14 Iul. 1708, prom. ad ord. pbr.[tus] 4 Iun. 1735, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 4 Febr. 1738 (P. Dat. 122 f. 55 ss.); consecr. Romae 27 Iun. 1745 a card. Aquaviva (Diario 4359 p. 5); ob. 20 Sept. 1781 (Capialbi 383).

[3]) Promovetur c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, instr. suppellect. (AC 40 f. 328'); nat. in loco de Isca dioec. Squillacen. 20 Nov. 1735, in saeculo vocatus «Petrus Felix», prom. ad ord. pbr.[tus] 22 Oct. 1758, mag. theol. 3 Oct. 1780, lect. phil. et theol., regens studiorum univ. Rheginen., rector conventus S. Dominici eiusdem civ., in nonnullis Italiae civ. concionator quadragesimalis (P. Dat. 165 f. 55 ss.); nomin. r. Neapolis 15 Febr. 1792 (l. c. f. 5a); consecr. Romae 24 Iun. 1792 a card. de Zelada (Diario 1826 p. 6 s.); ob. 9 Dec. 1803 (Capialbi 385).

Bisuntin.

[1]) A. 1754: Civ. Bisuntin. sita in prov. Burgundiae inhabitatur a 10000 circ. christifidelium, sub dominio temporali regis X[mi]; eccl. metrop. est sub invocatione S. Ioannis; in ea sunt 4 dign., 4 personatus, 43 can.[tus]; valor ann. fr. mens. archiepalis 20000 libr. Turonen. oneribus deductis; in civ. sunt 6 eccl. paroec., 1 colleg., 2 abb. virorum, 6 conventus virorum, 1 coll. PP. S.I., 1 domus PP. Oratorii, 5 mon. monialium; dioec. continet 900 circ. parochias (P. Cons. 145 f. 135 s.); taxa 1023 $^1/_3$ flor. (AC 34 f. 275').

[2]) Absolv. a vinc. Aeduen., tr. c. reserv. pens. pro 4 pers. nominatis, c. decr. ... repar. metrop. ac dom. archiepalis, instit. poenit., erig. mont. piet. (AC 30 f. 199'); conc. Pallium 31 Mart. 1732 (l. c. f. 205); nomin. r. X[mo] 25 Dec. 1731 (P. Cons. 118 f. 47); ob. 12 Nov. 1734 (R. SURUGUE, Les Archevêques de Besançon, Besançon 1930, 329).

[3]) Promovetur c. ret. compat. et prioratus conventualis S. Petri oppidi de Morteau O.S.B. seu alterius Ord. Bisuntin. dioec., c. decr. ... prof. fidei, repar. metrop. et dom. archiepalis, instit. poenit. (AC 31 f. 56'); conc. Pallium 26 Sept. 1735 (l. c. f. 68); nat. in dioec. Bisuntin. 19 Oct. 1685, pbr. 28 Oct. 1717, doct. theol. univ. Bisuntin., can. et decan. Bisuntin. (P. Cons. 121 f. 138 ss.); nomin. r. X[mo] 2 Febr. 1735 (l. c. f. 137); ob. 7 Sept. 1754 (P. Cons. 145 f. 136).

[4]) Promovetur c. ret. dign. primatialis colleg. B.M.V. oppidi de Nancy nullius seu Tullen. dioec., c. ret. compat., c. decr. ... erig. mont. piet., repar. etc. ut supra (AC 34 f. 275'); conc. Pallium 17 Mart. 1755 (l. c. f. 276'); bulla prov. (S. Br. 3403 f. 56 ss.); nat. in castello de Daillecourt dioec. Lingonen., aet. 48 an., pbr., doct. theol. fac. Parisien., iam vic. gen. Mimaten. (P. Cons. 145 f. 130 ss.); nomin. r. X[mo] 17 Nov. 1754 (l. c. f. 134); creatur card. 23 Nov. 1761 (cf. S.R.E. card. III, 28).

[5]) Promovetur c. ret. compat., c. decr. etc. ut supra (AC 38 f. 33); conc. Pallium 9 Maii 1774 (l. c. f. 35); nomin. r. X[mo] 16 Ian. 1774 (P. Cons. 166 f. 69); ob. Soloduri in Helvetia 19 Mart. 1792 (Jean 465).

Bitecten.

[1]) A. 1745: Civ. Bitecten. sita in prov. Baren. inhabitatur a 2700 circ. incolis; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Baren.; in ea sunt 4 dign. et 16 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 900 circ. duc. illius mon.; in civ. sunt 3 conventus virorum et 1 mon. monialium; dioec. continet tantummodo territorium civitatis (P. Dat. 122 f. 43' ss.); taxa 33 $^1/_3$ flor. (AC 32 f. 314'). - 27 Iun. 1818 eccl. Bitecten. supprimitur eiusque territorium dioec. Baren. adiungitur (S. Br. 4713 n. 26).

[2]) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., suspenso ... ad obitum, repar. cathedr. et dom. epalis, instit. sem. (AC 31 f. 102'); nat. in oppido de Seminara dioec. Mileten., bapt. 24 Dec. 1700, prom. ad ord. pbr.[tus] 5 Dec. 1723, lic. theol. in coll. S. Thomae Aquinatis civ. Neapolitan. 26 Maii 1732, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 17 Nov. 1736, iam vic. gen. Nicoteren. et vic. apost. Soran., aud. et officialis gen. regalis Carthusiae SS. Stephani et Brunonis de Nemore (P. Dat. 113 f. 143 ss.); consecr. Romae 30 Nov. 1736 a card. Barberini (Arch. Caer. 592 p. 424 s.); tr. ad Nicoteren. 10 Maii 1745.

[3]) Absolv. a vinc. Civitatis Ducalis, tr. c. ret. pens., quam percipit, c. decr. ... perfect. cathedr. et dom. epalis, instit. sem. (AC 32 f. 314'); fit ep. solio Pont. assist. 13 Maii 1754 (S. Br. 3300 f. 61); ob. 6 Oct. 1770 (Gams 859).

[4]) Promovetur c. decr. ... repar. cathedr., constr. dom. epalis, instr. suppellect., instit. sem. (AC 37 f. 115); nat. in oppido de San Germano nullius dioec. prov. Capuan., bapt. 5 Ian. 1706, prom. ad ord. pbr.[tus] 8 Maii 1729, ab a. 1732 alumnus coll. S. Bonaventurae de Urbe, a. 1735 doct. et mag. theol., regens studii, min. provincialis prov. Neapolis, a. 1762 el. proc. gen. Ordinis, a. 1765 in eodem munere ad aliud triennium confirmatus, ad praesens exam. promovendorum ad eccl.[as] cathedr. (P. Dat. 148 f. 23 ss.); consecr. Romae 10 Mart. 1771 a card. Pallavicino (Arch. Caer. 626 p. 31); ob. 1 Ian. 1798 (Gams 859).

Biterren(sis) *(Béziers)* in Gallia [1])

ob. Caroli des Alries	**Leo Angelus** de Ghistelle [2])	21 Iun. 1745	AC 32 f. 320'
dim. Leonis A.	**Iosephus Bruno** de Bausset-Roquefort [3])	9 Mart. 1746	AC 33 f. 11
ob. Iosephi B.	**Aymardus Claudius** de Nicolay [4])	23 Sept. 1771	AC 37 f. 145

Bituntin(a) *(Bitonto)* in Italia inferiore [1])

tr. Lucae A. della Gatta ad Melphien.	**Ioannes** Barba [2])	8 Iul. 1737	AC 31 f. 134
ob. Ioannis	**Nicolaus** Ferri [3])	23 Febr. 1750	AC 34 f. 9
tr. Nicolai ad Satrianen.	**Horatius** Berarducci [4])	28 Maii 1770	AC 37 f. 65

Bituricen(sis) *(Bourges)* in Gallia, metrop.[1])

ob. card. de La Rochefoucauld	**Georgius Ludovicus** Phelypeaux [2])	26 Sept. 1757	AC 35 f. 94
ob. Georgii L.	**Franciscus** de Fontanges, nuper ep. Nanceien.[3])	17 Dec. 1787	AC 40 f. 113
dim. Francisci	**Ioannes Augustus** de Chastenet de Puységur, nuper ep. Carcassonen.[4])	15 Sept. 1788	AC 40 f. 144'

Biterren.

[1]) A. 1745: Civ. Biterren. sita in prov. Narbonen. inhabitatur a 13000 circ. christifidelium, sub dominio temporali regis X^mi; eccl. cathedr. sub invocatione SS. Nazarii et Celsi suffrag. metrop. Narbonen.; in ea sunt 6 dign. et 12 can.^tus; valor ann. fr. mens. epalis 28000 circ. libr. Turonen.; in civ. sunt 1 colleg., 5 paroec. eccl., 7 conventus virorum, 5 mon. monialium; dioec. continet 130 parochias (P. Cons. 132 f. 161' ss.); taxa 2008 flor. (AC 32 f. 320'). - Eccl. Biterren. supprimitur 29 Nov. 1801 (S. Br. 4702 n. 2).

[2]) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. ret. compat., c. reserv. 6 pens. pro 6 pers. nominatis, c. decr. ... repar. cathedr., instit. theol. et poenit., erig. mont. piet. (AC 32 f. 320'); nat. in oppido de Béthune dioec. Atrebaten. 13 Sept. 1700, pbr., lic. theol. fac. Parisien., can. colleg. S. Petri civ. Insularum, decan. eiusdem eccl., vic. gen. Atrebaten., eleemos. regis (P. Cons. 132 f. 155 ss.); nomin. r. X^mo 6 Dec. 1744 (l. c. f. 156); dim. epatum possessione non adepta (P. Cons. 133 f. 109'); ob. a. 1747 (Jean 259).

[3]) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. ret. compat., c. reserv. pens. 600 libr. Turonen. salvis antiquis pro pers. nominata, c. decr. ... prof. fidei, vac. can.^tus et praeb. Aquen., repar. etc. ut supra (AC 33 f. 11); nat. in vico de Aubagne dioec. Massilien., aet. 44 an., pbr., lic. theol. fac. Parisien., vic. gen. Aquen. (P. Cons. 133 f. 104 ss.); nomin. r. X^mo 7 Nov. 1745 (l. c. f. 105); ob. 26 Iun. 1771 (Jean 260).

[4]) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. ret. compat., c. reserv. pens. 17000 libr. Turonen. pro 8 pers. nominatis, salvis antiquis pens., super mensae epalis Biterren. fructibus, c. decr. ... vac. can.^tus et praeb. Parisien., repar. cathedr. et dom. epalis, instit. etc. ut supra (AC 37 f. 145); nat. Parisiis, aet. 34 an., pbr., lic. iur. utr. fac. Parisien., iam vic. gen. Virdunen., ad praesens vic. gen. Remen. (P. Cons. 160 f. 81 ss.); nomin. r. X^mo 4 Aug. 1771 (l. c. f. 86); dim. epatum 7 Oct. 1801 c. certa conditione, 2 Oct. 1805 sine ulla conditione (Vescovi ep. Napol. 63 n. 366); ob. Parisiis 24 Ian. 1815 (Jean 260).

Bituntin.

[1]) A. 1770: Civ. Bituntin. sita in prov. Baren. inhabitatur a 15000 circ. incolarum; eccl. cathedr. sub invocatione S. Valentini suffrag. metrop. Baren.; in ea sunt 6 dign. et 30 can.^tus; valor ann. fr. mens. epalis 1800 circ. duc. illius mon.; in civ. sunt 12 eccl. paroec., 10 conventus virorum, 2 mon. monialium; dioec. complectitur solummodo territorium civ.^tis (P. Cons. 158 f. 73 ss.); taxa 266 $^2/_3$ flor. (AC 37 f. 65).

[2]) Promovetur c. ret. pens., quas percipit, c. decr. ... vac. omnia benef., suspenso ... ad obitum, perfect. dom. epalis, instit. sem., erig. mont. piet. (AC 31 f. 134); bulla prov. (Scrittore S. 1 f. 391 ss.); nat. Neapoli, bapt. 16 Apr. 1690, pbr., doct. iur. utr. Neapolitan. 20 Dec. 1713, fit prot. apost. 10 Sept. 1718, lect. iur. can. in univ. Neapolitan., advoc. in regiis tribunalibus civ. Neapolitan. (P. Dat. 114 f. 88 ss.); consecr. Romae 14 Iul. 1737 a card. Zondadari (Arch. Caer. 592 p. 506); fit ep. solio Pont. assist. 13 Iul. 1737 (S. Br. 2922 f. 29); ob. in resid. 13 Dec. 1749 (P. Dat. 127 f. 54').

[3]) Promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 400 scut. mon. Rom. pro pers. nominandis, c. decr. ... repar. cathedr., instit. etc. ut supra (AC 34 f. 9); nat. in loco de Sassano dioec. Caputaquen., bapt. 17 Febr. 1709, prom. ad ord. pbr.^tus 21 Iun. 1733, doct. iur. utr. Neapolitan. 23 Mart. 1729, fit vic. gen. Marsicen. 1 Mart. 1738, Nucerin. Paganorum 14 Febr. 1743, Brundusin. 29 Mart. 1744, Salernitan. 15 Mart. 1749 (P. Cons. 127 f. 51 ss.); consecr. Romae 1 Mart. 1750 a card. Portocarrero (Diario 5091 p. 10); tr. ad Satrianen. et Campanien. 28 Maii 1770.

[4]) Promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 100 duc. mon. regni Neapolis, salvis antiquis, pro pers. nominandis, c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, provid. sem., erig. mont. piet. (AC 37 f. 65); nat. in civ. Vigilien. 25 Sept. 1716, prom. ad ord. pbr.^tus 12 Mart. 1740, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 1 Mart. 1770, iam can. colleg. SS. Nicolai et Matthaei civ. Vigilien., academicus theol. et ad praesens censor Sapientiae Rom. (P. Dat. 147 f. 109 ss.); consecr. Romae 3 Iun. 1770 a card. Rossi (Arch. Caer. 626 p. 69).

Bituricen.

[1]) A. 1757: Civ. Bituricen. sita in prov. eiusdem nominis inhabitatur a 16000 circ. christifidelium, sub dominio temporali regis X^mi; eccl. metrop. est sub invocatione S. Stephani; in ea sunt 12 dign., 1 personatus, 28 can.^tus; valor ann. fr. mens. archiepalis 20000 libr. Turonen. omnibus deductis oneribus; in civ. sunt 16 eccl. paroec., 3 colleg., 11 conventus virorum, 7 mon. monialium; dioec. complectitur 800 circ. parochias (P. Cons. 147 f. 115 ss.); taxa 4033 $^1/_3$ flor. (AC 35 f. 94).

[2]) Promovetur c. ret. compat., c. decr. ... repar. metrop. et dom. archiepalis, instit. poenit., erig. mont. piet. (AC 35 f. 94); conc. Pallium 26 Sept. 1757 (l. c. f. 98); bulla prov. (S. Br. 3405 f. 299 ss.); nat. in dioec. Aurelianen., aet. 28 an., pbr., lic. iur. utr. fac. Parisien., bacc. theol. eiusdem fac., vic. gen. Bituricen. (P. Cons. 147 f. 109 ss.); nomin. r. X^mo 15 Aug. 1757 (l. c. f. 117); ob. Parisiis 23 Sept. 1787 (Jean 99).

[3]) Promovetur c. ret. compat., c. reserv. pens. 3000 libr. Turonen. pro pers. nominata super mensae archiepalis Bituricen. fructibus, c. decr. ... repar. etc. ut supra (AC 40 f. 113); conc. Pallium 17 Dec. 1787 (l. c. f. 116); nomin. r. X^mo 14 Oct. 1787 (P. Cons. 188 f. 35); dim. 12 Sept. 1788 (P. Dat. 162 f. 134 ss.); promovetur ad Tolosan. 15 Sept. 1788.

[4]) Promovetur c. ret. compat., c. reserv. pens. 4200 libr. Turonen. pro 3 pers. nominatis, c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., repar. metrop. et dom. archiepalis, erig. mont. piet. (AC 40 f. 144'); conc. Pallium 15 Sept. 1788 (Cons. 1788 pars II f. 349); nomin. r. X^mo 6 Apr. 1788 (P. Cons. 189 f. 52); dim. a. 1801 (P. Cons. 205 f. 266'); ob. in Ravenstein 14 Aug. 1815 (Gams 524).

Blesen(sis) *(Blois)* in Gallia [1])

ob. Ioannis F. P. Le Fèvre	**Franciscus** de Crussol d'Uzès [2])	17 Nov. 1734	AC 31 f. 34'
tr. Francisci ad Tolosan.	**Gilbertus** de May de Termont [3])	10 Dec. 1753	AC 34 f. 168'
ob. Gilberti	**Alexander Franciscus** de Lauzières de Thémines [4])	16 Sept. 1776	AC 38 f. 156'

Bobien(sis) *(Bobbio)* in Italia superiore [1])

ob. Caroli Cornaccioli	**Iosephus Ludovicus** de Andujar, O.P.[2])	6 Maii 1737	AC 31 f. 115
tr. Iosephi L. ad Dertonen.	**Bernardinus** Campi [3])	11 Mart. 1743	AC 32 f. 150
ob. Bernardini	**Gaspar** Lancellotti-Birago [4])	14 Ian. 1746	AC 33 f. 44'
ob. Gasparis	**Ludovicus** Terin Bonesio, O.F.M.Cap.[5])	27 Ian. 1766	AC 36 f. 135
ob. Ludovici	**Carolus Maria Nicolaus** Fabi, O.E.S.Aug.[6])	17 Sept. 1781	AC 39 f. 166

Boianen(sis) *(Boiano)* in Italia inferiore [1])

ob. Nuntii Baccari	**Dominicus Antonius** Manfredi, ep. Muran.[2])	3 Mart. 1738	AC 31 f. 155
ob. Dominici A.	**Bernardus** Cangiani [3])	2 Maii 1746	AC 33 f. 39'

Blesen.

[1]) A. 1753: Civ. Blesen. sita in prov. Aurelianen. inhabitatur a 10000 circ. christifidelium, sub dominio temporali regis X[mi]; eccl. cathedr. sub invocatione S. Ludovici suffrag. metrop. Parisien.; in ea sunt 7 dign. et 18 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 22000 libr. Turonen. oneribus deductis; in civ. eiusque suburbiis sunt 6 eccl. paroec., 5 conventus virorum, 5 mon. monialium, 1 domus C.S.Aug., 1 coll. PP. S.I.; dioec. continet 182 parochias cum 80000 circ. christifidelium (P. Cons. 141 f. 85 s.); taxa 2533 $^{1}/_{3}$ flor. (AC 34 f. 168'). - Eccl. Blesen. supprimitur 29 Nov. 1801 (S. Br. 4702 n. 2), denuo erigitur 27 Iul. 1817 (S. Br. 4712 n. 7).

[2]) Promovetur c. ret. compat. ac mon. S. Salvatoris de Carrofio nunc. O.S.B. Pictavien. dioec., c. reserv. pens. 1000 libr. Turonen. pro pers. nominata super mensae epalis Blesen. fructibus, c. decr. ... instit. poenit., erig. mont. piet. (AC 31 f. 34'); nat. in dioec. Claromontan., aet. 33 an., pbr., lic. iur. utr. fac. Parisien., vic. gen. Briocen. (P. Cons. 120 f. 108 ss.); nomin. r. X[mo] 27 Iun. 1734 (l. c. f. 109); consecr. 9 Ian. 1735 (P. Cons. 142 f. 250'); tr. ad Tolosan. 26 Sept. 1753.

[3]) Promovetur c. ret. compat., c. reserv. pens. 2800 libr. Turonen. pro 3 pers. nominatis super mensae epalis Blesen. fructibus, c. decr. ... repar. dom. epalis, instit. etc. ut supra (AC 34 f. 168'); nat. in dioec. Lemovicen., aet. 46 an., pbr., doct. theol. fac. Parisien., eleemos. regis, vic. gen. Caturcen. (P. Cons. 141 f. 80 ss.); nomin. r. X[mo] 15 Aug. 1753 (l. c. f. 88); ob. 22 Iul. 1776 (Jean 294).

[4]) Promovetur c. ret. compat., c. reserv. pens. 15900 libr. Turonen. pro 9 pers. nominatis salvis antiquis super mensae epalis Blesen. fructibus, c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, instit. etc. ut supra (AC 38 f. 156'); nat. in dioec. Montis Pessulani, aet. 34 an., pbr., doct. theol., vic. gen. Silvanecten., eleemos. regis (P. Cons. 170 f. 102 ss.); nomin. r. X[mo] 4 Aug. 1776 (l. c. f. 107); non dim. a. 1801; ob. Bruxellis 2 Nov. 1829 (Jean 295).

Bobien.

[1]) A. 1743: Civ. Bobien. sita in prov. Lombardiae inhabitatur ab 800 circ. incolis, sub dominio temporali reginae Hungariae; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Ianuen.; in ea sunt 2 dign. et 16 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 300 scut. mon. Rom.; in civ. sunt 1 eccl. paroec., 1 mon. monialium, extra civ. 1 conventus virorum; dioec. continet 32 parochias (P. Dat. 120 f. 39' s.); taxa 200 flor. (AC 32 f. 150). - Eccl. Bobien. supprimitur 1 Iun. 1803, denuo erigitur 17 Iul. 1817 (S. Br. 4712 n. 31).

[2]) Promovetur c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 31 f. 115); bulla prov. (S. Br. 2970 f. 129 ss.); nat. in Arce Fontium dioec. Comen. 17 Ian. 1693, prom. ad ord. pbr.[tus] 21 Dec. 1715, mag. theol. 26 Nov. 1724, lect. phil. et theol., inquisitor Bononiae (P. Dat. 114 f. 37 ss.); consecr. Romae 19 Maii 1737 a Georgio card. Spinula (Arch. Caer. 592 p. 474); tr. ad Dertonen. 11 Mart. 1743.

[3]) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., suspenso ... ad obitum, erig. mont. piet. (AC 32 f. 150); nat. in loco de Saronno dioec. Mediolanen. 25 Iul. 1689, prom ad ord. pbr.[tus] 9 Oct. 1712, doct. theol. et iur. utr. univ. Mediolanen. 24 Maii 1714, ab a. 1719 aud. legationis apost. in Sinarum imperio, deinde usque ad a. 1725 proc. gen. S. Congr. Prop. in Indiis orientalibus (P. Dat. 120 f. 39 ss.); consecr. Romae 17 Mart. 1743 ab archiep. Philippen. (Diario 4002 p. 5); ob. in resid. m. Mart. 1746 (P. Dat. 123 f. 119').

[4]) Promovetur c. decr. ... vac. can.[tus] et praeb. Mediolanen. ceteraque benef., suspenso ... ad obitum, erig. mont. piet. (AC 33 f. 44'); nat. Mediolani 28 Iul. 1698, prom. ad ord. pbr.[tus] 21 Mart. 1722, doct. iur. utr. univ. Papien. 1 Aug. 1722, fit revisor et qualificator S. Officii Mediolani 9 Mart. 1735, exam. synodalis et iudex causarum piarum civ. Mediolanen. (P. Dat. 123 f. 115 ss.); consecr. Romae 19 Iun. 1746 a card. Guidoboni Cavalchini (Diario 4512 p. 7); ob. circa finem m. Nov. 1765 (P. Dat. 143 f. 14).

[5]) Promovetur c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 36 f. 135); nat. in civ. Taurinen. 27 Aug. 1703, prom. ad ord. pbr.[tus] 21 Dec. 1726, fit praef. missionum suae Religionis in prov. Pedemontana 14 Nov. 1746 ad quadriennium, lect. theol., ex-provincialis, ex-proc. gen., ad praesens exam. ep.[orum], cons. S. Congr. Indulgentiarum et Reliquiarum (P. Dat. 143 f. 13 ss.); consecr. Romae 2 Febr. 1766 a card. Feroni (Arch. Caer. 606 p. 238); fit ep. solio Pont. assist. 2 Apr. 1776 (Cracas 1777, 59); ob. 28 Iul. 1780 (Lexicon Cap. 1693). In sua Religione «Ludovicus a Taurino» vocatur.

[6]) Congr. Lombardiae, promovetur c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 39 f. 166); nat. in loco de Viadana dioec. Cremonen. 8 Oct. 1721, prom. ad ord. pbr.[tus] 19 Dec. 1744, lect. theol., visit. et definitor gen. totius Congr., lect. in univ. Calaritan. et Taurinen., exam. synodalis Taurinen. (P. Dat. 157 f. 147 ss.); consecr. Romae 23 Sept. 1781 a card. Gerdil (Arch. Caer. 630 sine f.); ob. a. 1803 (Gams 813).

Boianen.

[1]) A. 1746: Civ. Boianen. sita in prov. Lucerin. Apuliae inhabitatur a 2000 circ. incolarum; eccl. cathedr. sub invocatione S. Bartholomaei suffrag. metrop. Beneventan.; in ea sunt 2 dign. et 12 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 2000 circ. duc. illius mon.; in civ. sunt 4 eccl. paroec., 1 conventus virorum; dioec. continet 30 loca (P. Dat. 123 f. 92 s.); taxa 200 flor. (AC 33 f. 39').

[2]) Absolv. a vinc. Muran., tr. c. reserv. pens. 150 scut. mon. Rom. pro pers. nominandis, salvis antiquis, c. decr. ... vac. omnia benef., suspenso ... ad obitum, prof. fidei, repar. cathedr. et dom. epalis, instr. suppellect., instit. sem., erig. mont. piet. (AC 31 f. 155); deput. vic. apost. Beneventan. 17 Oct. 1740 (S. Br. 3386 f. 119 ss.); ob. in civ. Beneventan. 10 Mart. 1746 (P. Dat. 123 f. 91').

[3]) Promovetur c. decr. ... vac. can.[tus] et theologalis nunc. praeb. Neapolitan., repar. dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 33 f. 39'); nat. Neapoli 21 Aug. 1693, prom. ad ord. subdiac.[tus] 22 Sept. 1714, diac.[tus] 19 Sept. 1716, pbr.[tus] 18 Sept. 1717, doct. theol. univ. Neapolitan. 15 Nov. 1715, iam cons. S. Officii et censor librorum Neapoli (P. Dat. 123 f. 89 ss.); consecr. Romae 8 Maii 1746 a card. Portocarrero (Arch. Caer. 596 p. 53); fit ep. solio Pont. assist. 16 Maii 1762 (S. Br. 3515 f. 8); dim. 26 Ian. 1770 (P. Dat. 147 f. 43 ss.). - Iam 23 Febr. 1768 Nicolaus Rossetti deput. vic. apost. Boianen. (S. Br. 3633 f. 1033 ss.); promovetur ad Boianen. 27 Iun. 1774 (cf. infra n. 5).

dim. Bernardi	**Dominicus** Micillo[4])	12 Mart. 1770	AC 37 f. 55'
ob. Dominici	**Nicolaus** Rossetti[5])	27 Iun. 1774	AC 38 f. 39

Bolinen(sis) *(Bolina)* in Peloponneso, tit.[1])

certo modo	**Matthaeus** Delinich, O.F.M.Obs.[2])	12 Dec. 1735	S. Br.
certo modo	**Iosephus** Kierski, fit suffrag. Posnanien.[3])	19 Nov. 1736	AC 31 f. 105
tr. Iosephi ad Premislien.	**Antoninus** Przedwojewski, O.F.M.Cap.[4])	19 Sept. 1768	AC 36 f. 343

Bolonien(sis) *(Boulogne-sur-Mer)* in Gallia [1])

ob. Ioannis M. Henriau	**Augustinus Caesar** d'Hervilly de Devize[2])	27 Iun. 1738	AC 31 f. 181'
ob. Augustini C.	**Franciscus Iosephus Gaston** de Partz de Pressy[3])	15 Iul. 1743	AC 32 f. 173
ob. Francisci I. G.	**Ioannes Renatus** Asseline[4])	14 Dec. 1789	AC 40 f. 202

Bononien(sis) *(Bologna)* in Italia superiore, metrop.[1])

ob. card. Boncompagni	**Prosper** Lambertini, S.R.E. card., ep. Anconitan.[2])	30 Apr. 1731	AC 30 f. 109
dim. Sum. Pont.	**Vincentius** Malvezzi, S.R.E. card.[3])	14 Ian. 1754	AC 34 f. 182
ob. card. Malvezzi	**Andreas** Giovannetti, O.Camald., ep. Himerien.[4])	15 Dec. 1777	AC 38 f. 196

---

[4]) Promovetur c. reserv. pens. 1000 duc. mon. regni Neapolis, salva antiqua, pro Bernardo ep. dimittente, c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, instr. suppellect., provid. sem., erig. mont. piet. (AC 37 f. 55'); nat. in loco de Giuliano dioec. Aversan. 24 Ian. 1707, prom. ad ord. pbr.[tus] 2 Febr. 1735, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 19 Febr. 1770, iam advoc. in civ. Neapolitan., fit proc. pauperum in tribunali nuntiaturae apost. Neapolis 27 Maii 1759, proc. fiscalis eiusdem nuntiaturae 10 Ian. 1766 usque ad praesens (P. Dat. 147 f. 53 ss.); consecr. Romae 18 Mart. 1770 a card. Pallavicini (Arch. Caer. 626 p. 21); fit ep. solio Pont. assist. 25 Mart. 1770 (S. Br. 3695 f. 26); ob. Neapoli m. Maii 1774 (P. Dat. 151 f. 127).

[5]) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso ... ad obitum, repar. cathedr. et dom. epalis, provid. sem., erig. mont. piet. (AC 38 f. 39); nat. in loco de Arienzo dioec. S. Agathae Gothorum, bapt. 28 Nov. 1734, prom. ad ord. pbr.[tus] 1 Nov. 1757, doct. iur. utr. univ. Neapolitan. 29 Apr. 1760, iam vic. gen. Caputaquen., Gallipolitan., Soran., deinde vic. apost. Boianen., ad praesens vic. gen. Capuan. (P. Dat. 151 f. 126 ss.); consecr. Romae 3 Iul. 1774 a card. Pallavicini (Arch. Caer. 628 p. 105 s.); fit ep. solio Pont. assist. 5 Iul. 1774 (S. Br. 3794 f. 10); ob. in civ. Neapolitan. (P. Dat. 183 f. 109) 25 Ian. 1819 (Gams 860).

Bolinen.

[1]) Eccl. Bolinen. sita est in Peloponneso sub metrop. Patren (Baudrand I, 175).

[2]) Pbr. prov. Bosniae, promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. (S. Br. 2868 f. 9 ss.) iuxta decr. S. Congr. Prop. 5 Sept. 1735 emanatum et a S.S. 25 Sept. approbatum (l. c. f. 14); 12 Dec. 1735 deput. vic. apost. in ea parte Bosniae, quae dominio Othomaniaco subest, c. extensione ad totam Bosniam eidem dominio subiectam et praecipue super olim epatu Dumnen. (l. c. f. 13); ob. ante 14 Nov. 1740 (S. Br. 2993 f. 17).

[3]) Promovetur ad Bolinen. et deput. suffrag. Posnanien. ad pontif., c. disp. ... gradus, c. ret. custodiae Posnanien., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mensae epalis Posnanien. fructibus (AC 31 f. 105); bulla prov. (S. Br. 2969 f. 328 ss.); bapt. in paroec. eccl. Brisconisten. dioec. Posnanien. 5 Apr. 1706, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 12 Iul. 1733, subdiac.[tus], diac.[tus] et pbr.[tus] 2, 5, 6 Apr. 1734 (P. Cons. 122 f. 99 ss.); consecr. in cathedr. Posnanien. 10 Febr. 1737 ab ep. Posnanien. (Diario 3060 p. 12); tr. ad Premislien. 16 Maii 1768.

[4]) Promovetur c. congrua 300 duc. auri de Camera a Gabriele archiep. Gnesnen. ex propriis bonis patrimonialibus stabilibus assignata et quotannis persolvenda, donec Antoninus de alia simili congrua seu perpetuo ac sufficienti benef. provisus fuerit (AC 36 f. 343); bulla prov. (S. Br. 3667 f. 185 ss.); nat. in dioec. Chelmen., aet. 36 an. circ., pbr., lect. theol., bis custos gen. ac deinde provincialis prov. Poloniae (P. Cons. 156 f. 31 ss.); datur in auxilium archiep. Gnesnen. (A. Cons. 1768 f. 259 ss.); ob. Varsaviae 3 Aug. 1793 (Lexicon Cap. 1424).

Bolonien.

[1]) A. 1743: Civ. Bolonien. inhabitatur a 10000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis X[mi]; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. et S. Maximi suffrag. metrop. Remen.; in ea sunt 6 dign. et 20 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 10000 libr. Turonen. oneribus deductis; in civ. sunt 2 eccl. paroec. 4 conventus virorum, 2 mon. monialium; dioec. continet 400 parochias (P. Cons. 130 f. 131 s.); taxa 1500 flor. (AC 32 f. 173). - Eccl. Bolonien. supprimitur 29 Nov. 1801 (S. Br. 4702 n. 2), denuo erigitur 27 Iul. 1817 (S. Br. 4712 n. 7), sed haec nova erectio effectum non habuit.

[2]) Promovetur c. ret. compat., c. decr. ... repar. cathedr., instit. theol., erig. mont. piet. (AC 31 f. 181'); nat. in castello de Devize dioec. Noviomen., aet. 50 an., pbr., lic. iur. utr. univ. Remen., praep. colleg. S. Petri Insulensis dioec. Tornacen. (P. Cons. 124 f. 218 ss.); nomin. r. X[mo] 4 Mart. 1738 (l. c. f. 227); ob. 11 Oct. 1742 (P. Cons. 130 f. 132').

[3]) Promovetur c. decr. ... prof. fidei, repar. cathedr., erig. mont. piet. (AC 32 f. 173); nat. in castello d'Esquire dioec. Bolonien., aet. 31 an., pbr., doct. theol. fac. Parisien., vic. gen. Bolonien. (P. Cons. 130 f. 127 ss.); nomin. r. X[mo] 17 Dec. 1742 (l. c. f. 130); ob. 8 Oct. 1789 (Jean 316).

[4]) Promovetur c. ret. compat., c. reserv. pens. 4300 libr. Turonen. pro pers. nominata super mensae epalis Bolonien. fructibus, c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, instit. poenit., erig. mont. piet. (AC 40 f. 202); nat. Parisiis, aet. 47 an., pbr., doct. theol. et socius Sorbonicus, vic. gen. Parisien. (P. Cons. 191 f. 17 ss.); nomin. r. X[mo] 18 Oct. 1789 (l. c. f. 21); non dim. a. 1801; ob. 10 Apr. 1813 (Jean 317).

Bononien.

[1]) A. 1777: Civ. Bononien. inhabitatur a 70000 et ultra incolarum, sub dominio temporali Sedis Apost.; eccl. metrop. est sub invocatione S. Petri; in ea sunt 4 dign. et 16 can.[tus]; valor ann. fr. mens. archiepalis 10000 circ. scut. mon. Rom.; in civ. sunt 2 colleg., 54 eccl. paroec., 26 conventus virorum, 27 mon. monialium (P. Dat. 154 f. 60' s.); taxa 1000 flor. (AC 38 f. 196).

[2]) Absolv. a vinc. Anconitan., tr. c. ret. omnium, quae obtinet, c. reserv. pens. usque ad summam 2300 scut. mon. Rom. salvis antiquis pro pers. nominandis, c. decr. ... perfect. respect. repar. metrop. et dom. archiepalis (AC 30 f. 109); conc. Pallium 30 Apr. 1731 (l. c. f. 110); el. Sum. Pont. Benedictus XIV 17 Aug. 1740 (AC 31 f. 147); dim. Bononien. 14 Ian. 1754 (AC 34 f. 174 ss.).

[3]) Promovetur c. ret. omnium, quae obtinet, c. reserv. pens. usque ad summam 120 scut. mon. Rom. salvis antiquis pro pers. nominandis (AC 34 f. 182); conc. Pallium 14 Ian. 1754 (l. c. f. 185); consecr. Romae 19 Mart. 1754 a Benedicto PP. XIV (Arch. Caer. 600 p. 25 ss.); consecravit metrop. Bononien. 15 Aug. 1756 (Diario 6105 p. 21 ss.); deput. visit. Clericorum Reg. S.I. in civ. et dioec. Bononien. 6 Febr. 1773 (S. Br. 3801 f. 7 ss.); ob. 3 Dec. 1775 (cf. S.R.E. card. II, 45).

[4]) Absolv. a vinc. Himerien. tr. c. reserv. pens. usque ad summam

Bosanen(sis) *(Bosa)* in insula Sardinia [1])

ob. Nicolai Cani	**Ioannes Leonardus** Sanna, ep. Ampurien.[2])	30 Sept. 1737	AC 31 f. 136'
ob. Ioannis L.	**Franciscus Bernardus** de Céspedes[3])	28 Febr. 1742	AC 32 f. 77'
ob. Francisci B.	**Antonius** Amat[4])	19 Dec. 1746	AC 33 f. 94
ob. Antonii	**Ioannes Bapt.** Machín Espiga[5])	2 Dec. 1748	AC 33 f. 218'
ob. Ioannis B.	**Raymundus** Quesada[6])	19 Ian. 1750	AC 34 f. 4'
ob. Raymundi	**Iosephus Stanislaus** Concas[7])	3 Sept. 1759	AC 35 f. 220
ob. Iosephi S.	**Ioannes Antonius** Borro[8])	22 Aug. 1763	AC 35 f. 422'
ob. Ioannis A.	**Ioannes Bapt.** Quasina[9])	16 Maii 1768	AC 36 f. 331'
ob. Ioannis B.	**Ioannes Antonius** Cossu, O.S.M.[10])	19 Dec. 1785	AC 40 f. 50

Bosn(i)en(sis) *(Bosna)* et [ab a. 1773] **Sirmien(sis)** *(Sirmium, Srijem)* in Hungaria [1])

ob. Petri Bakich	**Franciscus** Thauszy[2])	1 Dec. 1749	AC 33 f. 285'

3500 scut. mon. Rom. pro pers. nominandis (AC 38 f. 196); conc. Pallium 30 Mart. 1778 (AC 39 f. 9'); iam 29 Ian. 1776 promovetur ad Himerien. et deput. administrator Bononien., c. assign. 3000 scut. mon. Rom. super mensae archiepalis Bononien. fructibus (AC 38 f. 130'); bulla prov. (S. Br. 4367 f. 83 ss.); nat. Bononiae 6 Ian. 1722, prom. ad ord. pbr.tus 19 Dec. 1744, fit lect. phil. 19 Dec. 1748, theologus archiep.' Ravennaten. 15 Iun. 1753, decan. perpetuus in prov. Romandiolae suae Religionis 29 Maii 1759, lect. theol., ad praesens abb. mon. S. Gregorii in Monte Celio de Urbe (P. Dat. 153 f. 30 ss.); consecr. Romae 4 Febr. 1776 ab Ioanne Fr. card. Albano (Arch. Caer. 628 p. 255); creatur card. et in pectore reservatur 23 Iun. 1777, publicatur 15 Dec. 1777 (cf. S.R.E. card. V, 15).

Bosanen.

1) A. 1742: Civ. Bosanen. sita in insula Sardinia inhabitatur a 5000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis Sardiniae; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Turritan.; in ea sunt 1 dign. et 14 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 2000 circ. scut. illius mon.; in civ. sunt 4 conventus virorum; dioec. continet 18 loca (P. Dat. 119 f. 53 s.); taxa 200 flor. (AC 32 f. 77').

2) Absolv. a vinc. Ampurien., tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., instit. theol. et sem., erig. mont. piet. (AC 31 f. 136'); praesent. r. Sardiniae 1 Maii 1737 (P. Dat. 114 f. 116 ss.); ob. m. Oct. 1741 (P. Dat. 119 f. 53').

1) A. 1764: Civ. Burgen. sita est in regno Castellae Veteris, cuius est caput, sub dominio temporali regis cath.; eccl. metrop. est sub invocatione Assumptionis B.M.V.; in ea sunt 14 dign. et 30 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. archiepalis 30000 circ. duc. illius mon.; in civ. sunt nonnullae eccl. paroec., plura tum virorum tum monialium monasteria; dioec. continet 1000 circ. fontes baptismales (P. Cons. 152 f. 128 s.); taxa 1800 flor. (AC 36 f. 70).

2) Absolv. a vinc. Almerien., praesent. r. cath., tr. c. reserv. pens. 2060 duc. auri de Camera et 8 ½ iuliorum mon. Rom. pro Emmanuele ep. dimittente, necnon aliarum pens. usque ad summam 4564 duc. similium et 14 iuliorum pro pers. nominandis, non exced. ... 3^{am} fr., c. decr. ... repar. metrop. eccl., erig. mont. piet. (AC 32 f. 26'); conc. Pallium 29 Maii 1741 (l. c. f. 30); ob. 25 Febr. 1744 (P. Cons. 131 f. 136').

3) Absolv. a vinc. Oxomen., praesent. r. cath., tr. c. reserv. pens. usque ad summam 4632 duc. auri de Camera et 6 ½ iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3^{am} fr., c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 32 f. 285); conc. Pallium 7 Sept. 1744 (l. c. f. 285'); ob. 19 Sept. 1750 (Gams 18).

4) Absolv. a vinc. Canarien., praesent. r. cath., tr. c. reserv. pens. usque ad summam 4325 duc. auri de Camera ac 1 ½ iulii mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3^{am} fr., c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel. (AC 34 f. 49'); conc. Pallium 15 Mart. 1751 (l. c. f. 51'); ob. 7 Apr. 1757 (Gams 18).

5) Absolv. a vinc. Granaten., praesent. r. cath., tr. c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 35 f. 102); conc. Pallium 19 Dec. 1757 (l. c. f. 106); ob. 14 Ian. 1761 (Gams 18).

6) Absolv. a vinc. Seguntin., praesent. r. cath., tr. c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 35 f. 340); conc. Pallium 17 Aug. 1761 (l. c. f. 341'); ob. 17 Febr. 1764 (Gams 18).

7) Praesent. r. cath., promovetur c. decr. ... vac. dign. non maior abbatis S. Vincentii nunc. et can.^{tus} ac praeb. Toletan., erig. mont. piet. (AC 36 f. 70); conc. Pallium 20 Aug. 1764 (l. c. f. 73'); nat. in loco de Sangüesa dioec. Pampilonen., bapt. 10 Mart. 1704, pbr., doct. theol., iam can. magistralis Calaguritan. (P. Cons. 152 f. 116 ss.); consecr. Matriti 28 Oct. 1764 ab archiep. Pharsalien. (Iuramenta 5 f. 86); ob. 1 Iun. 1791 (Gams 18).

8) Praesent. r. cath., promovetur c. decr. ... vac. scholastria et can.^{tus} ac praeb. Toletan., erig. mont. piet. (AC 40 f. 271); conc. Pallium 19 Dec. 1791 (l. c. f. 277); nat. in loco de Trucíos dioec. Santanderien. 11 Iun. 1724, pbr., lic. iur. can. univ. Salamantin., iam can. et vic. gen. Granaten., deinde vic. gen. Toletan. (P. Cons. 193 f. 56 ss.); consecr. in metrop. Toletan. 12 Febr. 1792 ab archiep. Toletan. (Iuramenta 10 f. 172); ob. 22 Sept. 1797 (P. Cons. 201 f. 114).

9) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. 5727 duc. auri de Camera pro pers. nominandis, non exced. ... 3^{am} fr., c. decr. ... vac. can.^{tus} ac praeb. Valentin., repar. dom. archiepalis, erig. mont. piet. (AC 41 f. 533); conc. Pallium 18 Dec. 1797 (l. c. f. 552); nat. in loco de Selaya dioec. Santanderien. 25 Oct. 1755, pbr., doct. theol. univ. Salamantin., iam can. lectoralis Segobien. et Corduben. (P. Cons. 201 f. 110 ss.); deput. inquisitor gen. in regnis Hispaniarum 9 Febr. 1798 (S. Br. 4341 f. 11 ss.); tr. ad Caesaraugustan. 20 Iul. 1801 (AC 49 f. 193); fit patr. Indiarum Occident. 26 Aug. 1806 (AC 50 f. 315); dim. patriarchatum m. Mart. 1808 (P. Dat. 211 f. 564) et Caesaraugustan. 17 Iul. 1815 (P. Dat. 177 f. 327 ss.); ob. Parisiis 16 Febr. 1844 (Gams 20).

Burgi S. Domnini *(Borgo San Donnino)* in Italia superiore [1]

tr. Gerardi Zandemaria ad Placentin.	**Severinus Antonius** Missini [2]	9 Iun. 1732	AC 30 f. 211'
ob. Severini A.	**Hieronymus** Baiardi [3]	9 Apr. 1753	AC 34 f. 133
ob. Hieronymi	**Alexander** Garimberti [4]	29 Ian. 1776	AC 38 f. 129'

Burgi S. Sepulchri *(Borgo San Sepolcro)* in Italia media [1]

ob. Raymundi Pecchioli	**Dominicus** Poltri [2]	21 Apr. 1749	AC 33 f. 253'
tr. Dominici ad S. Miniati	**Adeodatus Andreas** Bivignano [3]	3 Ian. 1757	AC 35 f. 52
ob. Adeodati A.	**Nicolaus** Marcacci [4]	4 Mart. 1771	AC 37 f. 115'
tr. Nicolai ad Aretin.	**Robertus** Costaguti [5]	14 Dec. 1778	AC 39 f. 41

Buscoducen(sis) seu **Silvaeducen(sis)** *(Bois-le-Duc, 's-Hertogenbosch)* in ducatu Brabantiae [1]

. . . .	**Gisbertus** van der Asdonck, fit vic. apost. [2]	23 Mart. 1731	S. Br.
. . . .	**Ioannes** van der Lee, fit vic. apost. [3]	20 Iul. 1742	S. Br.
. . . .	**Martinus** van Litsenborch, fit vic. apost. [4]	8 Maii 1745	S. Br.
. . . .	**Andreas** Aërts, fit vic. apost. [5]	15 Mart. 1763	S. Br.
. . . .	**Antonius** van Alphen, fit vic. apost. [6]	25 Mart. 1782	S. Br.

Caballicen(sis) v. **Cavallicen(sis)**

Burgi S. Domnini

1) A. 1753: Civ. Burgi S. Domnini inhabitatur a 4000 circ. incolarum, sub dominio temporali Sedis Apost.; eccl. cathedr. est sub invocatione S. Domnini; in ea sunt 4 dign. et 12 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 1000 circ. scut. mon. Rom.; in civ. sunt 4 eccl. paroec., 4 conventus virorum, 3 mon. monialium (P. Dat. 130 f. 49' s.); suffrag. metrop. Bononien. (AC 34 f. 133); taxa 200 flor. (l. c.).

2) Promovetur c. disp. ... pbr.tus ord. (AC 30 f. 211'); nat. in civ. Urbevetan. 27 Oct. 1684, prom. ad ord. subdiac.tus, diac.tus et pbr.tus 6, 12, 15 Apr. 1732, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 22 Sept. 1719, prot. apost., aud. gen. legationis Avenionen. (P. Dat. 109 f. 69 ss.); consecr. Romae 22 Iun. 1732 a card. Guadagni (Arch. Caer. 592 p. 129); fit ep. solio Pont. assist. 8 Iul. 1741 (S. Br. 3021 f. 16); ob. 20 Ian. 1753 (Gams 743).

3) Promovetur c. decr. ... vac. praepos. Parmen. (AC 34 f. 133); nat. in civ. Parmen. 13 Febr. 1712, charactere cler. insign. 10 Maii 1725, prom. ad ord. min. 13 Nov. 1740, subdiac.tus 17 Dec. 1740, diac.tus et pbr.tus 18 Mart., 27 Maii 1741, doct. iur. utr. univ. Parmen. 25 Iun. 1744, fit iudex synodalis Parmae 23 Mart. 1748, iam can. Parmen. (P. Dat. 130 f. 49 ss.); consecr. Romae 23 Apr. 1753 a card. Portocarrero (Diario 5583 p. 10); ob. in resid. 24 Aug. 1775 (P. Dat. 153 f. 2).

4) Promovetur c. decr. ... vac. can.tus et praeb. Parmen. (AC 38 f. 129'); nat. in civ. Parmen. 22 Sept. 1736, prom. ad ord. pbr.tus 16 Maii 1761, doct. theol. univ. Parmen., iam convisitator moderni ep. Parmen. (P. Dat. 153 f. 1 ss.); consecr. Romae 4 Febr. 1776 a card. Pallavicino (Arch. Caer. 628 p. 255); fit ep. solio Pont. assist. 22 Febr. 1776 (Cracas 1777, 59); ob. in resid. 2 Apr. 1813 (P. Dat. 179 f. 23').

Burgi S. Sepulchri

1) A. 1749: Civ. Burgi S. Sepulchri inhabitatur a 3000 circ. incolarum, sub dominio temporali caes. maiest. uti magni ducis Hetruriae; eccl. cathedr. sub invocatione S. Ioannis Evang. suffrag. metrop. Florentin.; in capitulo sunt 3 dign. et 12 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 500 scut. mon. Rom.; in civ. sunt 3 eccl. paroec., 8 conventus virorum, 5 mon. monialium; dioec. continet 5 loco (P. Dat. 126 f. 43' ss.); taxa 83 1/3 flor. (AC 33 f. 253').

2) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., suspenso ... ad obitum, instr. suppellect. (AC 33 f. 253'); nat. in loco de Bibbiena dioec. Aretin. 3 Nov. 1707, pbr., doct. iur. utr. univ. Pisan., iam plebanus loci de Bibbiena, ad praesens praep. eccl. S. Hippolyti eiusdem loci (P. Dat. 126 f. 41 ss.); consecr. Romae 27 Apr. 1749 a card. Guadagni (Diario 4959 p. 5); tr. ad eccl. S. Miniati 4 Aug. 1755.

3) Promovetur c. decr. ... vac. can.tus et poenit. praeb. Aretin. ceteraque benef., suspenso ... ad obitum, instr. suppellect. (AC 35 f. 52); nat. in civ. Aretin., bapt. 14 Ian. 1693, prom. ad ord. pbr.tus 31 Iul. 1718, doct. iur. utr. univ. Perusin. 10 Maii 1716, exam. synodalis et vic. capitularis Aretin. (P. Dat. 134 f. 56 ss.); consecr. Romae 16 Ian. 1757 a card. Guadagni (Diario 6168 p. 3); ob. in resid. a 1770 (P. Dat. 148 f. 12'), al. m. Ian. 1771 (Gams 752).

4) Promovetur c. decr. ... vac. praepos. terrae Pontis Erae dioec. Pisan. ceteraque benef. suspenso ... ad obitum, repar. cathedr., instr. suppellect. (AC 37 f. 115'); nat. in loco S. Cassiani dioec. Pisan., bapt. 29 Iul. 1739, prom. ad ord. pbr.tus 19 Sept. 1761, doct. theol. univ. Pisan. 3 Maii 1762, prot. apost. honorarius (P. Dat. 148 f. 11 ss.); consecr. Romae 10 Mart. 1771 a card. Pallavicino (Arch. Caer. 626 p. 31); tr. ad Aretin. 14 Dec. 1778.

5) Promovetur c. decr. ... vac. praepos. Fesulan. ceteraque benef., suspenso ... ad obitum (AC 39 f. 41); nat. Liburni dioec. Pisan. 15 Iun. 1732, prom. ad ord. pbr.tus 21 Dec. 1754, mag. theol. 4 Oct. 1759, olim O.S.M., iam rector univ. Meliten., concionator in praecipuis Italiae civ. (P. Dat. 155 f. 105 ss.); consecr. Romae 20 Dec. 1778 a card. Boschi (Diario 416 p. 5); ob. 16 Nov. 1818 (Diario 94 p. 1).

Buscoducen.

1) Cf. Hierarchia IV, 125.

2) Pbr. saec., deput. vic. apost. eccl. Silvaeducen. ac locis illius dioec. subiectis dominio Hollandorum (S. Br. 2770 f. 7); 23 Mart. 1731 deput. admin. eiusdem eccl. ac illius dioec. quoad loca subiecta dominio Hollandorum (l. c. f. 11); ob. 26 Maii 1742 (Gams 253).

3) Pbr. saec., deput. vic. apost. (S. Br. 3032 f. 5).

4) Pbr. saec., deput. vic. apost. (S. Br. 3094 f. 7); ob. 6 Ian. 1756 (Gams 253).

5) Pbr. saec. Silvaeducen., deput. vic. apost. (S. Br. 3522 f. 6); ob. 13 Aug. 1790 (Gams 253). 25 Febr. 1779 Martinus Iosephus van Roosmalen, pbr. saec., deput. coadi. c.f.s. Andreae vic. apost. in dicto vicariatu (S. Br. 3903 f. 11 ss.), sed collato muneri renuntiavit (S. Br. 3982 f. 4).

6) Pbr. saec., deput. vic. apost. (S. Br. 3986 f. 1 s.); iam 9 Iul. 1782 deput. coadi. c.f.s. Andreae vic. apost. in dicto vicariatu (S. Br. 3982 f. 1 ss.), sed hoc Breve non habuit effectum (S. Br. 3986 f. 3); ob. 1 Maii 1831 (Gams 253).

Cabillonen(sis) (*Chalon-sur-Saône*) in Gallia [1])

ob. Francisci de Madot	**Ludovicus Henricus** de Rochefort d'Ally [2])	1 Apr. 1754	AC 34 f. 193'
ob. Ludovici H.	**Iosephus Franciscus** d'Andigné de la Chasse, nuper ep. Leonen.[3])	7 Sept. 1772	AC 37 f. 197
dim. Iosephi F.	**Ioannes Bapt.** du Chilleau [4])	10 Dec. 1781	AC 39 f. 173'

Caceres (de) (*Nueva Cáceres*) in insulis Philippinis [1])

ob. Philippi de Molina	**Isidorus** de Arévalo[2])	29 Aug. 1740	AC 31 f. 249
ob. Isidori	**Emmanuel** de Matos, O.F.M.Discalc.[3])	11 Febr. 1754	AC 34 f. 187'
ob. Emmanuelis	**Antonius** de Luna, O.F.M.Discalc.[4])	19 Dec. 1768	AC 36 f. 347
ob. Antonii	**Ioannes Antonius** Gallego, O.F.M.Discalc.[5])	14 Dec. 1778	AC 39 f. 43
tr. Ioannis A. ad de Manila	**Dominicus** Collantes, O.P.[6])	15 Dec. 1788	AC 40 f. 158'

Caesaraugustan(a) (*Zaragoza*) in Hispania, metrop.[1])

ob. Thomae de Agüero	**Franciscus** Añoa y Busto, ep. Pampilonen.[2])	24 Sept. 1742	AC 32 f. 110
ob. Francisci	**Ludovicus** García Manero, ep. Dertusen.[3])	26 Nov. 1764	AC 36 f. 74'
ob. Ludovici	**Ioannes** Sáenz de Buruaga, ep. Lucen.[4])	25 Ian. 1768	AC 36 f. 318'

Cabillonen.

[1]) A. 1772: Civ. Cabillonen. sita in prov. Burgundiae inhabitatur a 20000 circ. christifidelium; eccl. cathedr. sub invocatione S. Vincentii suffrag. metrop. Lugdunen.; in ea sunt 7 dign. et 20 can.ᵗᶜᵘˢ; valor ann. fr. mens. epalis 14000 libr. Turonen. deductis oneribus; in civ. sunt 5 eccl. paroec., 1 colleg., 5 conventus virorum, 5 mon. monialium; dioec. continet 220 parochias (P. Cons. 162 f. 84' ss.); taxa 700 flor. (AC 37 f. 197). - Eccl. Cabillonen. supprimitur 29 Nov. 1801 (S. Br. 4702 n. 2), denuo erigitur 27 Iul. 1817 (S. Br. 4712 n. 7), sed haec nova erectio non habuit effectum.

[2]) Promovetur c. ret. compat., c. reserv. pens. 1200 libr. Turonen. pro pers. nominata, c. decr. ... prof. fidei, repar. cathedr. et dom. epalis, instit. theol. et poenit., erig. mont. piet. (AC 34 f. 193'); nat. in dioec. Anicien., aet. 44 an., pbr., doct. theol. fac. Parisien., vic. gen. S. Claudii (P. Cons. 143 f. 156 ss.); nomin. r. Xᵐᵒ 7 Nov. 1753 (l. c. f. 158); ob. 13 Iun. 1772 (Jean 225).

[3]) Promovetur c. ret. compat., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, instit. theol. et poenit., erig. sem. (AC 37 f. 197); nomin. r. Xᵐᵒ 24 Iun. 1772 (P. Cons. 162 f. 82); dim. 7 Dec. 1781 (P. Dat. 157 f. 209 ss.); ob. Parisiis 12 Iul. 1806 (Jean 225).

[4]) Promovetur c. ret. compat., c. reserv. pens. 10000 libr. Turonen. pro Iosepho Fr. ep. dimittente super mensae epalis Cabillonen. fructibus, c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, instit. theol. et poenit., erig. mont. piet. (AC 39 f. 173'); nat. in dioec. Sanctonen., aet. 46 an., pbr., lic. theol., eleemos. reginae, vic. gen. Meten. (P. Cons. 181 f. 63 ss.); nomin. r. Xᵐᵒ 21 Oct. 1781 (l. c. f. 68); non dim. a 1801, sed a. 1816 (Baunard 623); promovetur ad Turonen. 1 Oct. 1817 (AC 51 f. 350); ob. 26 Nov. 1824 (Diario 100 p. 4).

Caceres (de)

[1]) A. 1775: Civ. de Caceres sita in insulis Philippinis inhabitatur a 400 circ. indigenis et nonnullis Hispanis, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. suffrag. metrop. de Manila; in ea non sunt can. neque dign.; valor ann. fr. mens. epalis 4000 ponderum illius mon.; in civ. sunt 1 eccl. paroec. et 1 conventus virorum (P. Cons. 167 f. 222 ss.); taxa 33 1/3 flor. (AC 38 f. 104').

[2]) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. in Indiis, c. decr. ... prof. fidei, vac. cantoratus metrop. de Manila, instit. sem., erig. mont. piet. (AC 31 f. 249); nat. in dioec. Nominis Iesu, bapt. 10 Mart. 1694, pbr., mag theol. univ. S. Thomae de Manila (P. Cons. 126 f. 38 ss.); praesent. r. cath. 17 Ian. 1740 (Ep. Reg. I n. 97); ob. a 1751 (P. Cons. 143 f. 170').

[3]) Praesent. r. cath., promovetur c. disp. ... gradus, c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. in Indiis, c. decr. ... repar. dom. epalis, instit. etc. ut supra (AC 34 f. 187'); nat. in civ. Hispalen., bapt. 25 Dec. 1701, pbr., lect. phil., iam vic. provincialis prov. Philippinarum (P. Cons. 143 f. 156 ss.); ob. a. 1765 (P. Cons. 156 f. 63') al. 19 Febr. 1768 (Gams 115). In sua Religione «Emmanuel a Conceptione» vocatur.

[4]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. in Indiis, c. decr. ... prof. fidei, quodque curet omnino erigi in praefata eccl. can.ᵗᵘˢ et dign., poenit. et theol., instit. sem., erig. mont. piet. (AC 36 f. 347); nat. in loco de Marchena dioec. Hispalen. 16 Oct. 1729, pbr., lect. theol., guardianus in variis conventibus (P. Cons. 156 f. 53 ss.); ob. a 1772 (P. Cons. 167 f. 222'). - 11 Sept. 1775 Andreas de Echeandía, O.Merc., promovetur ad eccl. de Caceres (AC 38 f. 104'), sed ob provectam aet., litteris apost. minime expeditis, omni iuri ad eandem eccl. renuntiavit (AC 38 f. 200'). 15 Dec. 1777 Franciscus de Maceira, O.F.M.Discalc., promovetur ad eccl. de Caceres (l. c.), sed ob. iam m. Mart. 1777 (P. Cons. 175 f. 127).

[5]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. in Indiis, c. decr., quod curet etc. ut supra (AC 39 f. 43); nat. in loco de Órbigo dioec. Legionen., bapt. 20 Mart. 1729, pbr., lect. phil. et theol., exam. synodalis de Caceres (P. Cons. 175 f. 119 ss.); consecr. in civ. de Manila 31 Oct. 1779 ab archiep. de Manila (Iuramenta 8 f. 105); in sua Religione «Ioannes Antonius de Órbigo» vocatur; tr. ad metrop. de Manila 15 Dec. 1788.

[6]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. in Indiis, c. decr. ... prof. fidei, quodque curet etc. ut supra (AC 40 f. 158'); nat. in loco de Herrín de Campos dioec. Palentin. 2 Oct. 1746, pbr., mag. theol., lect. iur. can. univ. de Manila, ad praesens prior conventus S. Dominici civ. de Manila (P. Cons. 189 f. 65 ss.); ob. a. 1809 (P. Cons. 212 f. 129').

Caesaraugustan.

[1]) A. 1764: Civ. Caesaraugustan. regni Aragoniae caput inhabitatur a 10000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis cath.; duae sunt in dicta civ. eccl.ᵃᵉ cathedr., una sub invocatione S.ᵐⁱ Salvatoris, altera sub invocatione B. Mariae de Pilar nunc., quae unicam constituunt metrop.; unum est capitulum nonnullis dign. et pluribus can. compositum; valor ann. fr. mens. archiepalis 30000 circ. ponderum illius mon.; in civ. sunt plures eccl. paroec., nonnulla tum virorum tum monialium coenobia (P. Cons. 152 f. 192' ss.); taxa 500 flor. (AC 36 f. 74').

[2]) Absolv. a vinc. Pampilonen., praesent. r. cath., tr. c reserv. pens. usque ad summam 6146 duc. auri de Camera et 14 iuliorum mon. Rom., non exced. ... 3ᵃᵐ fr., c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 32 f. 110); conc. Pallium 24 Sept. 1742 (l. c. f. 113'); ob. 22 Febr. 1764 (Gams 20).

[3]) Absolv. a vinc. Dertusen., praesent. r. cath., tr. c. reserv. pens. usque ad summam 6484 duc. auri de Camera ac 15 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3ᵃᵐ fr. (AC 36 f. 74'); conc. Pallium 26 Nov. 1764 (l. c. f. 76'); ob. 20 Iul. 1767 (P. Cons. 156 f. 115).

[4]) Absolv. a vinc. Lucen., praesent. r. cath., tr. c. reserv. pens. usque ad summam 6484 duc. auri de Camera et 15 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3ᵃᵐ fr. (AC 36 f. 318'); conc. Pallium 25 Ian. 1768 (l. c. f. 321'); ob. 14 Maii 1777 (Gams 20).

ob. Ioannis	**Bernardus** Velarde, ep. Dertusen.[5])	1 Mart. 1779	AC 39 f. 67
ob. Bernardi	**Augustinus** de Lezo Palomeque, ep. Pampilonen.[6])	15 Dec. 1783	AC 39 f. 273'
ob. Augustini	**Ioachimus** Company, O.F.M.Obs.[7])	18 Dec. 1797	AC 41 f. 532

Caesarien(sis) *(Caesarea)* in partibus infidelium, tit.[1])

ob. Ioannis C. Sommier	**Ignatius** Crivelli[2])	30 Sept. 1739	AC 31 f. 229'
assign. tt.[1] card.[11] Crivelli	**Aloysius** Valenti Gonzaga[3])	9 Iul. 1764	AC 36 f. 64'
assign. tt.[1] card.[11] Valenti Gonzaga	**Ioannes Bapt.** Pignatelli, nuper ep. Anglonen.[4])	1 Mart. 1779	AC 39 f. 65'

Caesaropolitan(a) *(Caesaropolis)* in Macedonia Secunda, tit.[1])

ob. Stanislai Bedliński	**Franciscus** Komornicki, fit suffrag. Luceorien.[2])	28 Febr. 1744	AC 38 f. 14
ob. Francisci	**Ludovicus** Górski, Congr.Cl.S.P., fit suffrag. Vladislavien.[3])	17 Sept. 1781	AC 39 f. 168

Caesenaten(sis) *(Cesena)* in Italia superiore[1])

dim. Ioannis B. Orsi	**Guido** Orselli[2])	17 Nov. 1734	AC 31 f. 34

---

[5]) Absolv. a vinc. Dertusen., praesent. r. cath., tr. c. reserv. pens. usque ad summam 7577 duc. auri de Camera et 3½ iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3[am] fr. (AC 39 f. 67); conc. Pallium 1 Mart. 1779 (l. c. f. 71); ob. 12 Iun. 1782 (P. Cons. 183 f. 102).

[6]) Absolv. a vinc. Pampilonen., praesent. r. cath., tr. c. reserv. pens. usque ad summam 7639 duc. auri de Camera et 1 iulii mon. Rom. computatis antiquis pro pers. nominandis, non exced. ... 3[am] fr., c. decr. ... instit. sem. (AC 39 f. 273'); conc. Pallium 15 Dec. 1783 (l. c. f. 277); ob. ante 18 Febr. 1796 (Gams 20).

[7]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. 12096 duc. auri de Camera et 5½ iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3[am] fr. (AC 41 f. 532); conc. Pallium 18 Dec. 1797 (l. c. f. 552); nat. in loco de Penáguila dioec. Valentin. 3 Ian. 1732, pbr., lect. iubilatus, regis cath. theologus consultor, iam commiss. gen. suae Religionis, ad praesens min. gen. (P. Cons. 201 f. 118 ss.); 4 Aug. 1797 ei conc. prorogatio officii min. gen. sui Ordinis usque ad proximum futurum capitulum gen. (S. Br. 4329 f. 103 ss.); tr. ad Valentin. 11 Aug. 1800 (AC 49 f. 149); ob. 3 Febr. 1813 (Gams 88).

Caesarien.

[1]) Septem habentur eccl. tit. Caesarien., 2 nempe metrop. in Cappadocia Prima et in Palaestina Prima, et 5 sedes epales: in Bithynia Prima sub metrop. Nicomedien., in Mauretania Caesarien., in Numidia, in Thessalia Prima sub metrop. Larissen., in Phoenicia Prima sub metrop. Tyren. (Index Sed. tit. nn. 179, 954, 311, 1584, 1368, 56, 809).

[2]) Promovetur c. disp. ... pbr.[tus] ord., c. ret. omnium, quae obtinet (AC 31 f. 229'); bulla prov. (S. Br. 2972 f. 458 ss.); nat. in civ. Cremonen. 30 Sept. 1698, prom. ad ord. min. 7 Aug. 1739, subdiac.[tus], diac.[tus] et pbr.[tus] 9, 16, 30 Aug. 1739, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 5 Apr. 1726, utr. sign. ref., prot. apost. de numero participantium, iam vicelegatus Ferrariae, ab a. 1730 usque ad praesens ponens Congr. Consultae (P. Dat. 116 f. 119 ss.); consecr. Romae 4 Oct. 1739 a card. Guadagni (Arch. Caer. 592 p. 764); fit ep. solio Pont. assist. 1 Oct. 1739 (S. Br. 2959 f. 136); deput. nunt. apost. Coloniae 5 Oct. 1739 (S. Br. 2952 f. 205 ss.); deput. nunt. apost. in Belgio 26 Mart. 1744 (S. Br. 3068 f. 1 ss.); deput. nunt. apost. ad imperatorem 17 Dec. 1753 (S. Br. 3296 f. 1 ss.); creatur card. 24 Sept. 1759 (cf. S.R.E. card. III, 5).

[3]) Promovetur c. disp. ... pbr.[tus] ord., c. ret. omnium, quae obtinet (AC 36 f. 64'); bulla prov. (S. Br. 3663 f. 380 ss.); nat. Riperii dioec. Mantuan., bapt. 15 Oct. 1725, prom. ad ord. subdiac.[tus], diac.[tus] et pbr.[tus] 17, 24, 29 Iun. 1764, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 24 Aug. 1751, utr. sign. ref., praesidens Camerae Apost., ad praesens cler. eiusdem Camerae necnon cons. S. Rit. Congr. et ponens Immunitatis eccl.[cae], nepos Silvii card. Valenti Gonzaga (P. Dat. 141 f. 121 ss.); consecr. Romae 25 Iul. 1764 a Clemente PP. XIII (Arch. Caer. 605 p. 325); deput. nunt. apost. apud Helvetios 27 Iul. 1764 (S. Br. 3552 f. 1 ss.); fit ep. solio Pont. assist. 10 Aug. 1764 (S. Br. 3556 f. 31); deput. nunt. apost. ad regem Hispaniae 2 Sept. 1773 (S. Br. 3775 f. 42 ss.); creatur card. et in pectore reservatur 15 Apr. 1776, publicatur 20 Maii 1776 (cf. S.R.E. card. V, 7).

[4]) Promovetur c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel. (AC 39 f. 65'); bulla prov. (S. Br. 4370 f. 141 ss.).

Caesaropolitan.

[1]) Eccl. Caesaropolitan. sita est in Macedonia Secunda sub metrop. Philippen. (Index Sed. tit. n. 89).

[2]) Promovetur ad Caesaropolitan. et deput. suffrag. Luceorien. ad pontif., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mensae epalis Luceorien. fructibus, c. ret. cancellariatus eccl. Luceorien. ac paroec. eccl. Ostrogien. et Koninscen. dioec. Luceorien. (AC 38 f. 14); bulla prov. (S. Br. 3806 f. 3 ss.); nat. in loco Dambrovecen. dioec Gnesnen., bapt. 9 Sept. 1733, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 17 Dec. 1752, subdiac.[tus], diac.[tus] et pbr.[tus] 17 Apr., 18 Iul., 18 Sept. 1756, doct. iur. utr. univ. Zamoscen. 26 Ian. 1767, aud. gen. causarum curiae epalis Luceorien. (P. Cons. 166 f. 110 ss.); ob. m. Apr. 1780 (P. Cons. 181 f. 89).

[3]) Promovetur ad Caesaropolitan. et deput. suffrag. Vladislavien. ad pontif. in prov. Pomeraniae ac praesertim in oppido Gedani, in quo dictus Ludovicus residere teneatur, c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mensae epalis Vladislavien. fructibus (AC 39 f. 168); bulla prov. (S. Br. 4373 f. 332 ss.); nat. in dioec. Cracovien. 29 Apr. 1725, vestem religiosam suscepit 23 Iul. 1741, vota religiosa emisit 15 Aug. 1743, prom. ad ord. subdiac.[tus], diac.[tus] et pbr.[tus] 6, 19, 26 Dec. 1749, lect. theol., iam rector collegiorum et provincialis in sua Congr. (P. Cons. 181 f. 111 ss.); consecr. Parisiis 1 Iun. 1783 ab archiep. Seleucien (Iuramenta 8 f. 118); ob. 25 Sept. 1799 (Szostkiewicz 69).

Caesenaten.

[1]) A. 1763: Civ. Caesenaten. sita in prov. Romandiolae inhabitatur ab 11000 circ. incolarum, sub dominio temporali Sedis Apost.; eccl. cathedr. sub invocatione S. Ioannis Bapt. suffrag. metrop. Ravennaten.; in ea sunt 3 dign. et 16 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 1500 circ. scut. mon. Rom.; in civ. sunt 11 eccl. paroec., 14 conventus virorum, 6 mon. monialium (P. Dat. 140 f. 79' ss.); taxa 236 ²/₃ flor. (AC 35 f. 409').

[2]) Promovetur c. reserv. pens. 600 scut. mon. Rom. pro Ioanne B. ep. dimittente, c. decr. ... vac. archidiac.[tus] Forolivien. ceteraque benef., suspenso ... ad obitum, repar. dom. epalis (AC 31 f. 34); nat. in civ. Forolivien., bapt. 1 Sept. 1685, prom. ad ord. pbr.[tus] 3 Dec. 1713, doct. iur. utr. coll. Caesenae 10 Sept. 1708, iam can. Forolivien., ad praesens vic. gen. Forolivien. (P. Dat. 111 f. 125 ss.); consecr. Romae 28 Nov. 1734 a card. Porzia (Arch. Caer. 622 sine f.); fit ep. solio Pont. assist. 6 Mart. 1746 (S. Br. 3126 f. 352); ob. in resid. 18 Mart. 1763 (P. Dat. 140 f. 80').

ob. Guidonis	**Franciscus** Agoselli [8])	18 Iul. 1763	AC 35 f. 409'
ob. Francisci	**Carolus** Bellisomi, S.R.E. card., archiep. Tyanen.[4])	22 Sept. 1795	AC 41 f. 233

Caiacen(sis) *(Caiazzo)* in Italia inferiore [1])

ob. Constantini Vigilante	**Iosephus Antonius** Piperni [2])	22 Iul. 1754	AC 34 f. 218
ob. Iosephi A.	**Philippus** d'Ambrosio [3])	27 Febr. 1792	AC 40 f. 293

Caietan(a) *(Gaëta)* in Italia inferiore [1])

ob. Caroli Pignatelli	**Iacobus** Piñaque, O.Carm.[2])	11 Dec. 1730	AC 30 f. 46'
ob. Iacobi	**Franciscus** Lanfreschi [3])	12 Iun. 1737	AC 31 f. 129'
tr. Franc. ad Acheruntin.	**Ianuarius** Carmignani, ep. Ugentin.[4])	24 Nov. 1738	AC 31 f. 194
ob. Ianuarii	**Carolus** Pergamo [5])	16 Dec. 1771	AC 37 f. 156
ob. Caroli	**Ianuarius** Francone, archiep. Cusentin.[6])	27 Febr. 1792	AC 40 f. 282'
tr. Ianuarii ad Troian.	**Richardus** Capece Minutolo, O.S.B.[7])	18 Dec. 1797	AC 41 f. 486

Calaguritan(a) *(Calahorra)* et Calceaten(sis) *(La Calzada)* in Hispania, insimul unitae [1])

dim. Iosephi Espejo	**Didacus** de Rojas y Contreras [2])	6 Maii 1748	AC 33 f. 196'

[8]) Promovetur c. reserv. pens. 500 scut. mon. Rom. pro pers. nominandis, c. decr. ... vac. can.[tus] et praeb. Caesenaten., repar. dom. epalis, instr. supellect. (AC 35 f. 409'); nat. Caesenae, bapt. 13 Aug. 1724, prom. ad ord. pbr.[tus] 16 Iul. 1747, doct. iur. utr. coll. Caesenaten. 25 Sept. 1747, iam pro-vic. gen. Cervien., lect. iur. can. univ. Caesenaten. per 14 circ. annos (P. Dat. 140 f. 79 ss.); consecr. Romae 24 Iul. 1763 a card. Stoppani (Arch. Caer. 624 A p. 136); fit ep. solio Pont. assist. 16 Aug. 1763 (S. Br. 3554 f. 9); ob. 8 Ian. 1791 (Diario 1676 p. 20).

[4]) Absolv. a vinc. Tyanen., tr. c. ret. omnium, quae obtinet, c. decr. ... repar. dom. epalis (AC 41 f. 233); ob. 9 Aug. 1808 (cf. S.R.E. card. V, 63).

Caiacen.

[1]) A. 1754: Civ. Caiacen. sita in prov. Terrae Laboris inhabitatur a 5000 circ. incolarum; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Capuan.; in ea sunt 3 dign. et 22 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 1300 circ. duc. illius mon.; in civ. sunt 2 eccl. paroec., 3 conventus virorum, 1 mon. monialium; dioec. continet 26 loca (P. Dat. 143 f. 179' s.); taxa 130 flor. (AC 34 f. 218'). - 27 Iun. 1817 eccl. Caiacen. supprimitur eiusque territorium dioec. Casertan. adiungitur (S. Br. 4713 n. 26).

[2]) Promovetur c. reserv. pens. 50 scut. mon. Rom. salva antiqua pro pers. nominanda, c. decr. ... vac. cantoratus Mileten. ceteraque benef., quae obtinet, suspenso ... ad obitum (AC 34 f. 218); nat. in civ. Mileten., bapt. 25 Oct. 1707, prom. ad ord. pbr.[tus] 8 Mart. 1732, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 11 Nov. 1739, iam can. Mileten., vic. gen. Portuen. et S. Rufinae, ad praesens vic. gen. Veliternen. (P. Dat. 131 f. 120 ss.); consecr. Romae 25 Iul. 1754 a card. Enriquez (Diario 5778 p. 21); fit ep. solio Pont. assist. 15 Apr. 1764 (S. Br. 3545 f. 561); ob. ante 11 Febr. 1779 (Cardinali 167 f. 241).

[3]) Promovetur c. decr. ... vac. can.[tus] et praeb. Neapolitan. ceteraque benef., quae obtinet, suspenso ... ad obitum, perfect. cathedr. et dom. epalis, instr. suppellect. (AC 40 f. 293); nat. Neapoli 23 Ian. 1730, prom. ad ord. pbr.[tus] 23 Dec. 1752, mag. theol. univ. Neapolitan. 21 Mart. 1791, per 8 fere annos parochus eccl. paroec. S. Angeli ad Signum civ. Neapolitan., deinde vic. curatus metrop. Neapolitan., exam. promovendorum ad ord. (P. Dat. 166 f. 238 ss.); nomin. r. Neapolis 16 Dec. 1791 (l. c. f. 1a); consecr. Romae 4 Mart. 1792 a card. de Zelada (Diario 1794 p. 6 s.); ob. ante 2 Dec. 1802 (Vescovi ep. Napol. 21 sine f.).

Caietan.

[1]) A. 1730: Civ. Caietan. sita in prov. Terrae Laboris inhabitatur a 14000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis Neapolis; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. immed. subi. S. Sedi; in ea sunt 4 dign. et 21 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 1500 circ. duc. illius mon.; in civ. sunt 14 eccl. paroec., 8 conventus virorum, 2 mon. monialium; dioec. continet 12 loca (P. Cons. 116 f. 172' s.); taxa 250 flor. (AC 30 f. 46').

[2]) Promovetur c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, instit. theol. et poenit. ac sem., erig. mont. piet. (AC 30 f. 46'); nat. in civ. Caesaraugustan., bapt. 29 Iul. 1670, prom. ad ord. pbr.[tus] 28 Iun. 1696, mag theol. 8 Sept. 1707, declaratur pater provinciae suae prov. Aragoniae 23 Mart. 1715, fit qualificator S. Inquisitionis Hispaniae 22 Iul. 1717, lect. phil. et theol. in coll. S. Iosephi Caesaraugustan., cathedraticus S. Scripturae in univ. eiusdem civ., ter prior conventus S. Theresiae nationis Hispaniae Neapolis (P. Dat. 107 f. 181 ss.); nomin. caes. maiest. uti r. Neapolis 11 Nov. 1730 (l. c.); consecr. Romae 17 Dec. 1730 a Petro A. card. Caraffa (Arch. Caer. 570 p. 103); ob. in resid. m. Apr. 1737 (P. Dat. 114 f. 63').

[3]) Promovetur c. decr. ... instit. etc. ut supra (AC 31 f. 129'); nat. in civ. Isclan. 16 Mart. 1691, charactere cler. insign. 10 Ian. 1706, prom. ad ord. min. 19 Mart. 1707, subdiac.[tus] 24 Sept. 1712, diac.[tus] 23 Sept. 1713, pbr.[tus] 24 Febr. 1714, doct. phil. et mag. theol. Sapientiae Rom. 7 Iun. 1737, exam. synodalis Isclan. (P. Dat. 114 f. 62 ss.); consecr. Romae 30 Iun. 1737 a card. Guadagni (Arch. Caer. 592 p. 503); tr. ad Acheruntin. et Materanen. 21 Maii 1738.

[4]) Absolv. a vinc. Ugentin., tr. c. decr. ... prof. fidei ac iuram. fidel., instit. etc. ut supra (AC 31 f. 194); nomin. r. Neapolis 3 Iun. 1738 (Ep. Reg. II n. 131); ob. m. Iul. 1770 (P. Dat. 148 f. 110').

[5]) Promovetur c. decr. ... vac. paroec. eccl. S. Mariae de Advocata nunc. civ. Neapolitan., instr. suppellect., erig. mont. piet. (AC 37 f. 156); nat. Neapoli 4 Nov. 1726, prom. ad ord. pbr.[tus] 20 Dec. 1749, doct. iur. utr. univ. Neapolitan. 30 Nov. 1771 (P. Dat. 148 f. 109 ss.); nomin. r. Neapolis 30 Nov. 1771 (l. c.); consecr. Romae 21 Dec. 1771 a card. Calini (Arch. Caer. 626 p. 145); ob. m. Iul. 1785 (Gams 881).

[6]) Absolv. a vinc. Cusentin., tr. c. ret. tt. archiep. et pens., quam percipit, c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., perfect. cathedr. et dom. epalis, instr. etc. ut supra (AC 40 f. 282'); nomin. r. Neapolis 16 Dec. 1791 (P. Dat. 166 f. 2a); tr. ad Troian. 18 Dec. 1797.

[7]) Congr. Cassinen., promovetur c. decr. ... constr. dom. epalis, instr. suppellect., instit. sem., erig. mont. piet. (AC 41 f. 486); nat. Neapoli 7 Febr. 1746, prom. ad ord. pbr.[tus] 18 Iun. 1769, lect. theol., ad praesens abb. mon. Castrovillarum (P. Dat. 170 f. 50 ss.); nomin. r. Neapolis 24 Oct. 1797 (l. c. f. 8a); consecr. Romae 21 Dec. 1797 ab Iosepho card. Doria (Diario 2400 p. 5); ob. m. Sept. 1801 (Diario 76 p. 21).

Calaguritan. et Calceaten.

[1]) A. 1748: Civ. Calaguritan. et Calceaten. sitae in regno Castellae, utraque 1000 circ. domos continet, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. Calaguritan. sub invocatione Assumptionis B.M.V., cathedr. Calceaten. sub invoc. S. Dominici, suffrag. metrop. Burgen.; in eccl. Calaguritan. nonnullae sunt dign., quamplurimi can.[tus]; in Calceaten. 3 dign. et 16 can.[tus]; in civ. Calaguritan. sunt 2 eccl. paroec., 2 conventus virorum, 1 mon. monialium, in civ. Calceaten. 1 conventus virorum, 1 mon. monialium (P. Dat. 125 f. 71 ss.); valor ann. fr. mens. epalis 30000 circ. duc. illius mon., taxa 1300 flor. (AC 33 f. 196').

[2]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad sum-

tr. Didaci ad Carthaginen.	**Andreas** de Porras[8])	26 Sept. 1753	AC 34 f. 152'
ob. Andreae	**Ioannes** Luelmo y Pinto[4])	17 Dec. 1764	AC 36 f. 77'
ob. Ioannis	**Petrus Ludovicus** de Ozta y Muzquiz[5])	27 Iun. 1785	AC 40 f. 35'
ob. Petri L.	**Franciscus** Aguiriano Gómez, ep. Tagasten.[6])	29 Mart. 1790	AC 40 f. 216'

Calamen(sis) seu **Calamacen(sis)** (*Calama*) in Numidia, tit.[1])

certo modo	**Carolus** a S. Conrado, O.Carm.Discalc.[2])	14 Sept. 1764	S. Br.
ob. Caroli	**Hadrianus** Butrymowicz, O.S.Bas., fit suffrag. Kiovien. ritus Rutheni[3])	13 Ian. 1792	S. Br.

Calaritan(a) (*Cagliari*) in insula Sardinia, metrop.[1])

ob. Ioannis I. Falletti	**Iulius Caesar** Gandolfi[2])	1 Apr. 1748	AC 33 f. 190'
ob. Iulii C.	**Thomas Ignatius Maria** Natta, O.P.[3])	4 Apr. 1759	AC 35 f. 192
dim. Thomae I. M.	**Iosephus Augustinus** Delbecchi, ep. Algaren.[4])	18 Iul. 1763	AC 35 f. 412'

---

mam 2014 duc. auri de Camera et 12 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, et alterius pens. 1375 duc. similium pro Iosepho ep. dimittente, c. decr. ... instit. sem. in utraque civ., erig. mont. piet. (AC 33 f. 196); nat. in civ. Vallisoletan. 26 Iul. 1700, pbr., bacc. iur. can. univ. Granaten., cathedraticus iur. can. in univ. Salamantin. (P. Cons. 136 f. 122 ss.); 15 Dec. 1751 ei conc. fac. suscipiendi munus praesidis consilii Castellae (S. Br. 3244 f. 32); tr. ad Carthaginen. 12 Mart. 1753. - Eadem die Augustinus Lozano promovetur ad Calaguritan. et Calceaten. (AC 34 f. 128), sed ob. iam ante suam promotionem (l. c. f. 152').

[8]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 2686 duc. auri de Camera ac 12 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3[am] fr., c. decr. ... vac. can.[tus] et lectoralis praeb. Calceaten., repar. utriusque cathedr. et dom. epalis Calceaten., instit. etc. ut supra (AC 34 f. 152'); nat. in loco de Melias dioec. Aurien. 2 Oct. 1708, pbr., doct. theol. (P. Cons. 141 f. 132 ss.); consecr. 11 Nov. 1753 ab ep. Palentin. (Iuramenta 5 f. 90); ob. circ. m. Iun. 1764 (P. Cons. 152 f. 180).

[4]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 2686 duc. auri de Camera ac 12 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3[am] fr., c. decr. ... vac. can.[tus] et poenit. praeb. Palentin., repar. etc. ut supra (AC 36 f. 77'); nat. in loco de Morales de Campos dioec. Zamoren. 11 Ian. 1706, pbr., lic. theol. univ. Abulen. (P. Cons. 152 f. 170 ss.); consecr. in cathedr. Palentin. 21 Apr. 1765 ab ep. Vallisoletan. (Iuramenta 5 f. 97); ob. 17 Apr. 1784 (P. Cons. 185 f. 197).

[5]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. 3555 duc. auri de Camera et 13 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3[am] fr., c. decr. ... vac. archidiac.[tus] de Talavera nunc. et can.[tus] ac praeb. Toletan., instit. sem. in civ. Calceaten., erig. mont. piet. in utraque civ. (AC 40 f. 35'); nat. in loco de Elbetea dioec. Pampilonen., bapt. 11 Oct. 1742, pbr., doct. iur. can. univ. Abulen., iam can. Seguntin. et Palentin., ad praesens iudex synodalis Toletan. (P. Cons. 185 f. 188 ss.); consecr. in metrop. Toletan. 24 Aug. 1785 ab archiep. Toletan. (Iuramenta 8 f. 125); ob. 20 Ian. 1789 (P. Cons. 192 f. 76').

[6]) Absolv. a vinc. Tagasten., praesent. r. cath., tr. c. reserv. pens. usque ad summam 4950 duc. auri de Camera et 12½ iuliorum mon. Rom. pro pers nominandis, non exced. ... 3[am] fr., c. decr. ... vac. officium suffrag.[tus] Toletan. ac praesertim in oppido Matriti eiusque pertinentiis, instit. sem. in civ. Calceaten., erig. mont. piet. in utraque civ. (AC 40 f. 216'); ob. 11 Sept. 1813 (España Sagrada 51, 276).

Calamen.

[1]) Eccl. Calamen. sita est in Numidia (Index Sed. tit. n. 1370).

[2]) Promovetur ad Calamen. (S. Br. 3555 f. 17 ss.) iuxta decr. S. Congr. Prop. 4 Sept. 1764 emanatum et a S.S. 9 Sept. approbatum (l. c. f. 19); 15 Sept. 1764 deput. coadi. c.f.s. Florentio a Iesu ep. Areopolien. in vicariatu apost. prov. Serrae Malabarium (l. c. f. 27); 15 Maii 1773 deput. vic. apost. regnorum Idalcan, Golcondae et Magni Mogolis (S. Br. 3767 p. 19) iuxta decr. S. Congr. Prop. 20 Apr. 1773 emanatum et a S.S. 25 Apr. approbatum (l. c. f. 15); 15 Maii 1773 ei conc. ind. ... cons. ep. et 2 vel 3 pbr. (l. c. f. 13); consecr. Romae 20 Iun. 1773 a card. de Zelada (Arch. Caer. 627 p. 245); Carolus, in saeculo vocatus «Georgius Antonius Vareschi», nat. in loco de Panchia principatus Tridentini 18 Febr. 1725, vota religiosa emisit 12 Iun. 1747; ob. 6 Ian. 1785 (Analecta O.Carm.Discalc. 10, 1935, 105-114).

[3]) Pbr. Ruthenus, promovetur ad Calamen. (S. Br. 4200 f. 13 ss.); 7 Febr. 1792 deput. suffrag. Kiovien. archiep.[1] totius Russiae metropolitani (S. Br. 4202 f. 44 s.) iuxta decr. S. Congr. Prop. 28 Nov. 1791 emanatum et a S.S. 11 Dec. approbatum (l. c. f. 46); ob. ante 29 Mart. 1819 (AC 52 f. 238).

Calaritan.

[1]) A. 1748: Civ. Calaritan. sita in regno Sardiniae inhabitatur a 20000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis Sardiniae; eccl. metrop. sub invocatione S. Caeciliae; in ea sunt 1 dign. et 22 can.[tus]; valor ann. fr. mens. archiepalis 12000 circ. scut. illius mon.; in civ. sunt 4 eccl. paroec., 18 conventus virorum, 5 mon. monialium (P. Dat. 125 f. 65' s.); taxa 573 1/3 flor. (AC 33 f. 190').

[2]) Promovetur c. disp. ... gradus, c. ret. compat., c. reserv. pens. usque ad summam 1300 duc. auri de Camera pro pers. nominandis, non exced. ... 3[am] fr., c. decr. ... prof. fidei, erig. mont. piet. (AC 33 f. 190'); conc. Pallium 1 Apr. 1748 (l. c. f. 191'); nat. in loco de Ricaldone dioec. Aquen. prov. Mediolanen. 29 Sept. 1711, prom. ad ord. subdiac.[tus], diac.[tus] et pbr.[tus] 24, 30 Aug., 6 Sept. 1739, iam alumnus S.I., ad praesens gub. coll. regii provinciarum nunc. civ. Taurinen. (P. Dat. 125 f. 65 ss.); praesent. r. Sardiniae 6 Mart. 1748 (l. c.); ob. in civ. Taurinen. initio m. Iun. 1758 (P. Dat. 136 f. 36').

[3]) Promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 100 duc. auri de Camera salvis antiquis pro pers. nominandis, non exced. ... 3[am] fr., c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 35 f. 192); conc. Pallium 4 Apr. 1759 (l. c. f. 196'); nat. in civ. Casalen. 2 Aug. 1710, prom. ad ord. pbr.[tus] 26 Iul. 1733, mag. theol. 3 Febr. 1752, lect. phil. et theol., mag. studiorum, ad praesens Italiae assist. sociusque magistri gen. sui Ordinis, provincialis Scotiae ac cons. S. Rit. Congr. (P. Dat. 136 f. 35 ss.); praesent. r. Sardiniae 7 Mart. 1759 (Ep. Reg. III n. 150); consecr. Romae 8 Apr. 1759 a card. Guidoboni Cavalchini (Arch. Caer. 602 p. 163); dim. 27 Iun. 1763 (P. Dat. 140 f. 71 ss.); ob. in civ. Florentin. 4 Iul. 1766 (Diario 7656 f. 23 ss.).

[4]) Absolv. a vinc. Algaren., tr. c. onere, quod singulis annis solvere teneatur summam 181 duc. auri de Camera ac 3 iuliorum mon. Rom. in favorem sem. archiepalis Calaritan., c. ret. compat., c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 35 f. 412'); conc. Pallium 18 Iul. 1763 (l. c. f. 417'); praesent. r. Sardiniae 6 Iul. 1763 (P. Dat. 140 f. 73 ss.); 23 Ian. 1765 deput. visit. apost. et reformator prov. Calaritan. O.F.M.Obs. (S. Br. 3563 f. 846 ss.); ob. 1 Apr. 1777 (Gams 836).

ob. Iosephi A.	**Victorius** Melano, O.P.[5])	1 Iun. 1778	AC 39 f. 22
tr. Victorii ad Novarien.	**Didacus** Cadello[6])	29 Ian. 1798	AC 41 f. 589

Calceaten(sis) v. **Calaguritan(a)**

Calinen(sis) seu **Carinolen(sis)** *(Carinola)* in Italia inferiore[1])

tr. Nicolai Abbate ad Squillacen.	**Hyacinthus** Verdesca[2])	1 Oct. 1733	AC 30 f. 300
ob. Hyacinthi	**Ioannes** Bufalini[3])	18 Dec. 1747	AC 33 f. 171'
ob. Ioannis	**Antonius Franciscus** de Plato[4])	3 Mart. 1749	AC 33 f. 241'
tr. Ant. F. ad Tricaricen.	**Franciscus Antonius** Salomone[5])	3 Mart. 1760	AC 35 f. 260'
ob. Francisci A.	**Thomas** Zarone[6])	21 Iul. 1766	AC 36 f. 174
ob. Thomae	**Ioannes Caietanus** del Muscio, Congr.Cl.S.P.[7])	26 Mart. 1792	AC 40 f. 318
tr. I. C. ad S. Severi	**Salvator** de Lucia[8])	18 Dec. 1797	AC 41 f. 516

Callien(sis) *(Cagli)* in Italia media[1])

ob. Hieronymi M. Allegri[2])	**Silvester Ludovicus** Paparelli[3])	7 Sept. 1744	AC 32 f. 283

---

[5]) Promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 1702 duc. auri de Camera et 15 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3^{am} fr., c. decr. ... prof. fidei, erig. mont. piet. (AC 39 f. 22); conc. Pallium 1 Iun. 1778 (l. c. f. 24'); nat. in oppido de Cuneo dioec. Montis Regalis prov. Taurinen., bapt. 28 Sept. 1733, prom. ad ord. pbr.^{tus} 18 Sept. 1756, mag. theol. 10 Apr. 1773, lect. phil. et theol., iam prior in variis conventibus, professor univ. Calaritan., ad praesens prior conventus S. Dominici civ. Taurinen. (P. Dat. 155 f. 118 ss.); praesent. r. Sardiniae 25 Mart. 1778 (l. c. f. 123); tr. ad Novarien. 24 Iul. 1797.

[6]) Promovetur c. reserv. pens. 1671 duc. auri de Camera et 9 ½ iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3^{am} fr., c. decr. ... prof. fidei, vac. decanatus et can.^{tus} ac praeb. Calaritan. ceteraque benef., quae obtinet (AC 41 f. 589); conc. Pallium 29 Ian. 1798 (l. c. f. 591); nat. in civ. Calaritan., bapt. 12 Mart. 1735, prom. ad ord. subdiac.^{tus} 18 Sept. 1756, diac.^{tus} 24 Sept. 1757, pbr.^{tus} 20 Maii 1758, doct. iur. utr. academiae Calaritan. 12 Aug. 1761, iam can. Calaritan., ab a. 1781 usque ad a. 1797 vic. gen. Calaritan., ad praesens vic. capitularis eiusdem eccl. (P. Dat. 170 f. 50 ss.); praesent. r. Sardiniae 10 Ian. 1798 (l. c. f. 53 s.); creatur card. 17 Ian. 1803 (AC 49 f. 424 ss.); ob. in civ. Calaritan. 5 Iul. 1807 (S. Br. 4545 f. 2).

Calinen.

[1]) A. 1747: Civ. Carinolen. sita in prov. Terrae Laboris inhabitatur a 150 circ. incolis; eccl. cathedr. sub invocatione SS. Bernardi et Martini suffrag. metrop. Capuan.; in ea sunt 4 dign. et 14 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 1100 circ. duc. illius mon.; in civ. est 1 conventus virorum; dioec. continet 8 loca (P. Dat. 124 f. 116' ss.); taxa 50 flor. (AC 33 f. 171'). - 27 Iun. 1818 eccl. Carinolen. supprimitur eiusque territorium dioec. Suessan. adiungitur (S. Br. 4713 n. 26).

[2]) Promovetur c. decr. ... vac. paroec. eccl. S. Thomae in Parione nunc. de Urbe, repar. dom. epalis, instit. theol. et poenit., erig. mont. piet. (AC 30 f. 300); nat. in loco de Copertino dioec. Neritonen., bapt. 16 Aug. 1673, prom. ad ord. pbr.^{tus} 22 Sept. 1696, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 28 Maii 1701, iam parochus eccl. paroec. S. Susannae de Urbe (P. Dat. 110 f. 157 ss.); consecr. Romae 11 Oct. 1733 a card. Cybo (Diario 2529 p. 2); ob. m. Sept. 1747 (P. Dat. 124 f. 116').

[3]) Promovetur c. decr. ... repar. dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 33 f. 171'); nat. in terra Vallis dioec. S. Agathae Gothorum 26 Sept. 1698, charactere cler. insign. 18 Maii 1710, prom. ad ord. ostiariatus 23 Dec. 1713, ad reliquos ord. min. 28 Febr., 21 Mart., 4 Apr. 1722, subdiac.^{tus}, diac.^{tus} et pbr.^{tus} 30 Maii, 19 Sept., 19 Dec. 1722, doct. theol. Sapientiae Rom. 19 Oct. 1747, iam rector sem. Praenestin., academicus Sapientiae Rom., ad praesens eiusdem archigymnasii censor (P. Dat. 124 f. 115 ss.); consecr. Romae 21 Dec. 1747 a card. Guadagni (Diario 4749 p. 2); ob. in resid. 28 Nov. 1748 (P. Dat. 126 f. 16').

[4]) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., suspenso ... ad obitum, repar. dom. epalis, instr. suppellect., erig. mont. piet. (AC 33 f. 241'); nat. in loco de Calabritto dioec. Compsan., bapt. 28 Maii 1703, charactere cler. insign. 6 Iun. 1716, prom. ad ord. min. 22 Dec. 1719, pbr.^{tus} 15 Iun. 1726, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 4 Maii 1729, iam vic. gen. Soran. et Muran., ad praesens vic. gen. Salernitan. (P. Dat. 126 f. 15 ss.); consecr. Romae 9 Mart. 1749 ab archiep. Tarsen. (Diario 4938 p. 6); tr. ad Tricaricen. 3 Mart. 1760.

[5]) Promovetur c. decr. ... vac. can.^{tus} et praeb. et illi annexus primiceriatus Caputaquen. ceteraque benef., suspenso ... ad obitum, erig. mont. piet. (AC 35 f. 260'); nat. in loco S. Iacobi de Diano dioec. Caputaquen. 2 Iul. 1701, prom. ad ord. pbr.^{tus} 22 Sept. 1725, doct. iur. utr. in coll. Neapolitan. 30 Sept. 1730, iam vic. gen. Brundusin. et Tarentin., deinde vic. gen. Hydruntin. (P. Dat. 137 f. 41 ss.); consecr. Romae 9 Mart. 1760 a patr. Antiochen. (Arch. Caer. 603 p. 46); ob. Neapoli 16 Maii 1766 (P. Dat. 143 f. 100').

[6]) Promovetur c. decr. ... vac. cantoratus Theanen., repar. dom. epalis, instr. suppellect., erig. mont. piet. (AC 36 f. 174); nat. in loco de Casal Versano dioec. Theanen. 11 Ian. 1710, prom. ad ord. pbr.^{tus} 24 Sept. 1735, doct. iur. utr. univ. Neapolitan. 24 Apr. 1742, bis vic. capitularis necnon vic. gen. Theanen. (P. Dat. 143 f. 99 ss.); consecr. Romae 27 Iul. 1766 a card. Rossi (Arch. Caer. 606 p. 352); ob. in patria m. Aug. 1791 (P. Dat. 165 f. 111').

[7]) Promovetur c. decr. ... repar. etc. ut supra (AC 40 f. 318); nat. in oppido de Foggia dioec. Troian. 5 Febr. 1746, prom. ad ord. pbr.^{tus} 25 Mart. 1769, fit lect. theol. 10 Oct. 1780, rector coll. suae religionis civ. Neapolitan. 12 Maii 1782 et 14 Maii 1784, praep. provincialis prov. Apuliae 7 Maii 1787, rector coll. Ferdinandiani civ. Neapolitan. 29 Mart. 1791 (P. Dat. 165 f. 110 ss.); nomin. r. Neapolis 20 Ian. 1792 (l. c. f. 3a); in sua Religione «Ioannes C. a S. Iosepho» vocatur; consecr. Romae 9 Apr. 1792 a card. de Zelada (Diario 1804 pp. 16, 18); tr. ad eccl. S. Severi 18 Dec. 1797.

[8]) Promovetur c. decr. ... vac. thesaurariatus Nolan., repar. cathedr. et dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 41 f. 516); nat. in terra de Mugnano dioec. Nolan. 31 Dec. 1748, prom. ad ord. pbr.^{tus} 6 Mart. 1773, doct. iur. utr. 8 Febr. 1793, iam lect. phil. et theol. sem. epalis Nolan., exam. synodalis et visit. gen. Nolan., ad praesens vic. gen. Calven. (P. Dat. 170 f. 85 ss.); nomin. r. Neapolis 31 Oct. 1797 (l. c. f. 10); consecr. Romae 21 Dec. 1797 a card. della Somaglia (Diario 2400 p. 4).

Callien.

[1]) A. 1744: Civ. Callien. sita in Umbria inhabitatur a 1500 circ. incolis, sub dominio temporali Sedis Apost.; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Urbinaten.; in ea sunt 2 dign. et 13 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 600 scut. mon. Rom.; in civ. sunt 4 conventus virorum, 3 mon. monialium (P. Dat. 121 f. 86' s.); taxa 204 $^{2}/_{3}$ flor. (AC 32 f. 283).

[2]) 13 Febr. 1742 Petrus Christophorus Cosci, pbr. Clusin., deput. vic. apost. Callien. propter ingravescentem aet. Hieronymi M. moderni ep. (S. Br. 3021 f. 96 ss.).

[3]) Promovetur c. decr. ... vac. archipbr.^{tus} colleg. S. Mariae ad Martyres de Urbe ceteraque benef., suspenso ... ad obitum, instr. suppellect. (AC 32 f. 283); nat. in civ. Asculan. 31 Dec. 1690, prom. ad

ob. Silvestri L.	**Ludovicus Augustinus** Bertozzi [4])	16 Dec. 1754	AC 34 f. 231

Callinicen(sis) *(Callinicum)* in Osrhoëne, tit.[1])

ob. Matthaei de Robertis	**Meinwercus** Kaup, O.S.B., fit suffrag. Paderbornen.[2])	2 Sept. 1733	AC 30 f. 290'
ob. Meinwerci	**Antonius** Wokaun, fit suffrag. Pragen.[3])	16 Sept. 1748	AC 33 f. 213
ob. Antonii	**Nicolaus** de La Pinte de Livry, O.Praem.[4])	19 Dec. 1757	AC 35 f. 102

Callipolitan(a) seu **Callipolen(sis)** *(Callipolis, Gallipoli)* in prov. Europae, tit.[1])

certo modo	**Hyacinthus** Archiopoli [2])	a. 1757	. . . . . .

Calven(sis) *(Calvi Risorta)* in Italia inferiore [1])

ob. Philippi Positani	**Ianuarius Maria** Danza [2])	2 Mart. 1733	AC 30 f. 261
ob. Ianuarii M.	**Iosephus** Barone, ep. Marsican.[3])	29 Maii 1741	AC 32 f. 24'
ob. Iosephi	**Agnellus** Fraggianni, ep. Venafran.[4])	28 Febr. 1742	AC 32 f. 76'
ob. Agnelli	**Iosephus** Capece Zurlo, O.Theat.[5])	24 Maii 1756	AC 35 f. 21'
tr. card. Capece Zurlo ad Neapolitan.	**Andreas** de Lucia [6])	27 Febr. 1792	AC 40 f. 294

---

ord. pbr.[tum] 16 Mart. 1715, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 28 Iul. 1744, iam curatus in terra Offidae dioec. Asculan. et deinde eiusdem colleg. can., lect. theol. Offidae, concionator in pluribus conspicuis civ. et peculiariter in Urbe (P. Dat. 121 f. 86 ss.); consecr. Romae 13 Sept. 1744 a card. Guadagni (Arch. Caer. 595 p. 280); fit ep. solio Pont. assist. 24 Iul. 1746 (S. Br. 3126 f. 368); ob. in resid. 6 Oct. 1754 (P. Dat. 131 f. 240').

[4]) Promovetur c. decr. ... vac. can.[tus] et theologalis praeb. Fanen. (AC 34 f. 231); nat. in civ. Fanen., bapt. 29 Nov. 1704, prom. ad ord. pbr.[tus] 20 Dec. 1727, doct. theol. et iur. utr. univ. Maceraten. 14 Febr. 1739, iam can. reg. SS. Salvatoris, lect. theol., exam. synodalis Fanen., a m. Febr. 1739 can. Fanen. (P. Dat. 131 f. 239 ss.); consecr. Romae 29 Dec. 1754 a card. Lante (Diario 5847 p. 10); fit ep. solio Pont. assist. 5 Ian. 1755 (S. Br. 3334 f. 22); ob. circ. a. 1802 (P. Dat. 175 p. 67).

Callinicen.

[1]) Eccl. Callinicen. sita est in Osrhoëne sub metrop. Edessen. (Index Sed. tit. n. 829).

[2]) Promovetur ad Callinicen. et deput. suffrag. Paderbornen. ad pontif., c. ret. abb. mon. SS. Petri et Pauli de Abdinghof, c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mensae epalis Paderbornen. fructibus (AC 30 f. 290'); bulla prov. (S. Br. 2966 f. 441 ss.); nat. in oppido de Geseke dioec. Colonien. 30 Iun. 1691, in saeculo «Ioannes Bernardus» vocatur, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 25 Febr. 1712, subdiac.[tus] 24 Sept. 1712, diac.[tus] 17 Mart. 1714, pbr.[tus] 18 Dec. 1717 (P. Cons. 119 f. 75 ss.); ob. 24 Iul. 1745 (J. Evelt, Die Weihbischöfe von Paderborn, Paderborn 1869, 158).

[3]) Promovetur ad Callinicen. et in locum Adraten. et Mennithen. respect. ep.[orum] alias suffraganeorum deputatorum ad exercenda pontif. in eccl. et dioec. Pragen., qui ad praesens inhabiles redditi sunt, deput. suffrag. Pragen. ad pontif., c. ret. can.[tuum] et praeb. metrop. Pragen. et colleg. SS. Cosmae et Damiani Boleslaviae Pragen. seu alterius dioec., c. decr., quod congrua 300 duc. auri de Camera suffraganeis huiusmodi super mensae archiepalis ipsius Pragen. eccl. fructibus alias assignata, donec et quousque primodicti suffraganei vixerint, ab Antonio minime percipiantur (AC 33 f. 213); bulla prov. (S. Br. 3398 f. 1 ss.); nat. Beznae dioec. Pragen. 8 Mart. 1691, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 22 Sept. 1714, subdiac.[tus] 22 Dec. 1714, diac.[tus] et pbr.[tus] 16 Mart., 6 Apr. 1715, doct. theol. univ. Pragen., vic. gen. Pragen. (P. Cons. 136 f. 153 ss.); ob. paulo ante 30 Mart. 1757 (A. Cons. 1757 f. 572).

[4]) Promovetur c. ret. compat. (AC 35 f. 102); bulla prov. (S. Br. 3405 f. 395 ss.); nat. Parisiis, aet. 46 an., pbr., doct. theol. fac. Parisien., lect. phil. et theol., ab 11 annis prior curatus prioratus seu paroec. eccl. S. Agathae de Vaires dioec. Parisien. (P. Cons. 147 f. 162 ss.); 16 Ian. 1759 deput. ep. auxiliaris Matisconen. (S. Br. 3437 f. 64).

Callipolitan.

[2]) Promovetur ad Eleusin. c. ret. omnium quae obtinet, c. decr. ... prof. fidei (AC 31 f. 53); bulla prov. (S. Br. 2968 f. 336 ss.); nat. in civ. Arelaten., aet. 36 an., pbr., doct. theol. univ. Caturcen. (P. Dat. 112 f. 63 ss.); a. 1737 nomin. r. Xmo ad Mirapicen., a S. Sede non confirm. (P. Dat. 114 f. 33 ss.); ob. 24 Iul. 1737 (Jean 394).

[3]) Promovetur ad Eleusin. (AC 31 f. 183'); bulla prov. (S. Br. 2971 f. 436 ss.); nat. in civ. Mediolanen. 13 Sept. 1677, prom. ad ord. pbr.tus 18 Sept. 1700, mag. theol. 16 Ian. 1705, iam secr. et socius gen., praesidens in nonnullis capitulis provincialibus, prior gen. per 6 ½ annos (P. Dat. 115 f. 91 ss.); fit ep. solio Pont. assist. 23 Iul. 1738 (S. Br. 2959 f. 189); consecr. Romae 27 Iul. 1738 a card. Guadagni (Arch. Caer. 592 p. 611).

[4]) Promovetur ad Eleusin. et deput. suffrag. Samogitien. ad pontif., c. reserv. pens. 100 duc. auri de Camera ex congrua 300 duc. similium suffraganeo Samogitien. constituta persolvendorum Alexandro ep. Hirenen. supradictae eccl. iam suffraganeo, c. ret. custodiae Samogitien. et can.tus ac praeb. Vilnen. necnon paroec. eccl. Szaulen. dioec. Samogitien. (AC 36 f. 119); bulla prov. (S. Br. 3664 f. 260 ss.); nat. Woistomiae dioec. Vilnen., bapt. 23 Mart. 1730, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 20 Nov. 1751, subdiac.tus 21 Sept. 1753, diac.tus 22 Dec. 1753, pbr.tus 9 Mart. 1754, doct. iur. utr. univ. Vilnen. 15 Dec. 1764, curam animarum exercuit Woistomiae, iam iudex deputatus ad supremum tribunal regni Poloniae (P. Cons. 153 f. 373 ss.); dim. suffraganeatum 12 Apr. 1776 (P. Dat. 153 f. 113 ss.); ob. in civ. Vilnen. 16 Iul. 1803 (Szostkiewicz 34).

Elven.

[1]) A. 1743: Civ. Elven. sita in prov. Transtagana inhabitatur a 15000 circ. christifidelium, sub dominio temporali regis Portugalliae; eccl. cathedr. sub invocatione Conceptionis B.M.V. suffrag. metrop. Elboren.; in ea sunt 5 dign. et 10 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 6400 circ. scut. mon. Rom.; in civ. sunt 4 eccl. paroec., 3 conventus virorum, 2 mon. monialium; dioec. continet 50 eccl. paroec. (P. Cons. 130 f. 300' s.); taxa 1000 flor. (AC 32 f. 175).

[2]) Post diuturnam vacationem promovetur ad Elven. 19 Dec. 1740 Ioannes Col, Congr.Orat. (AC 31 f. 275'); nat. in civ. Ulixbonen., bapt. 22 Ian. 1686 (P. Cons. 126 f. 168 ss.); praesent. r. Portug. 22 Febr. 1739 (Ep. Reg. II n. 76), sed iste Ioannes munere consecr.is non suscepto omni iuri ad eccl. Elnen. cessit (AC 32 f. 116' s.).

[3]) Promovetur c. decr. ... vac. praelatura Ulixbonen., repar. cathedr., instit. sem., erig. mont. piet. (AC 32 f. 117); nat. in civ. Portugallen., bapt. 7 Maii 1691, prom. ad ord. pbr.tus 19 Sept. 1722, doct. iur. utr. univ. Colimbrien., mag. iur. utr. eiusdem univ., deputatus tribunalis S. Officii in civ. Colimbrien. (P. Cons. 129 f. 294 ss.); praesent. r. Portug. 3 Iul. 1742 (Ep. Reg. II n. 92); consecr. in civ. Ulixbonen. 13 Ian. 1743 a patr. Ulixbonen. (P. Cons. 129 f. 295); ob. 14 Iun. 1743 Almeida III pars 2, 802).

[4]) Promovetur c. ret. pens. quam percipit, c. decr. ... vac. praelatura Ulixbonen., instit. etc. ut supra (AC 32 f. 175); nat. in oppido de Barcellos dioec. Bracharen., bapt. 3 Oct. 1688, prom. ad ord. subdiac.tus 12 Mart. 1718, diac.tus et pbr.tus 24, 29 Sept. 1718, doct. iur. can. univ. Colimbrien. (P. Cons. 130 f. 295 ss.; Lisbona 62); praesent. r. Portug. 26 Iun. 1743 (Ep. Reg. II n. 96); consecr. in civ. Ulixbonen. 27 Oct. 1743 a patr. Ulixbonen. (P. Cons. 130 f. 310); ob. 30 Iul. 1757 (Almeida l. c.).

[5]) Promovetur c. ret. compat., c. decr. ... vac. praelatura Ulixbonen., instit. etc. ut supra (AC 35 f. 206); nat. in civ. Ulixbonen., aet. 45 an. circ., pbr., lic. iur. can. univ. Colimbrien. (P. Cons. 148 f. 23 ss.); praesent. r. fidel. 27 Iul. 1758 (Ep. Reg. III n. 116); consecr. in patriarch. Ulixbonen. 14 Oct. 1759 a card. de Saldanha (Iuramenta 3 f. 78); tr. ad Leirien. 18 Sept. 1780.

[6]) Promovetur c. decr. ... vac. can.tus et doctoralis praeb. Pharaonen., erig. mont. piet. (AC 39 f. 123'); nat. in civ. Ulixbonen., bapt. 6 Febr. 1721, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 23 Sept. 1740, subdiac.tus 4 Iun. 1746, diac.tus 24 Sept. 1746, pbr.tus 17 Dec. 1746, doct. iur. can. univ. Colimbrien. m. Iul. 1742, cathedraticus iur. can. eiusdem univ. ab a. 1772 usque ad a. 1777, deputatus S. Inquisitionis civ. Colimbrien. (P. Cons. 179 f. 151 ss.); praesent. a regina fidel. 20 Iun. 1780 (l. c. f. 158); ob. 22 Apr. 1792 (P. Cons. 197 f. 164').

[7]) Absolv. a vinc. Olinden., tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., provid. sem., erig. mont. piet. (AC 41 f. 64); praesent. a regina fidel. 30 Oct. 1793 (P. Cons. 197 f. 166); ob. 30 Maii 1796 (Gams 98).

[8]) Absolv. a vinc. Funchalen., tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., provid. sem., erig. mont. piet. (AC 41 f. 452); praesent. a regina fidel. 4 Iun. 1796 (P. Cons. 201 f. 208); tr. ad Bracharen. 26 Aug. 1806 (AC 50 f. 329); ob. 26 Aug. 1813 (P. Cons. 211 f. 108').

Emeriten(sis) *(Mérida de Maracaibo)* in America meridionali (Venezuela).[1]) Erecta 16 Febr. 1778

a primaeva erectione	**Ioannes** Ramos de Lora, O.F.M.Obs.[2])	23 Sept. 1782	AC 39 f. 227'
ob. Ioannis	**Emmanuel Candidus** de Torrijos, O.P.[3])	19 Dec. 1791	AC 40 f. 272
ob. Emmanuelis C.	**Antonius** Espinosa, O.P.[4])	18 Dec. 1795	AC 41 f. 286

Emessen(a) seu **Emissen(a)** seu **Hemesen(a)** *(Hemesa)* in Phoenicia Secunda, archiepalis, tit.[1])

ob. Caroli Maielli	**Antonius** Przichowsky, fit coadi. c.f.s. Pragen.[2])	25 Sept. 1752	AC 34 f. 103
certo modo	**Innocentius** Gorgoni, nuper ep. Pennen. et Adrien.[3])	17 Febr. 1755	AC 34 f. 263
ob. Innocentii	**Ignatius** Busca[4])	11 Sept. 1775	AC 38 f. 102

Emmausen(sis) *(Emmaus)* in Palaestina Prima, tit.[1])

ob. Bartholomaei P. Fargna	**Lotharius Fridericus** Nalbach, fit suffrag. Treviren.[2])	2 Oct. 1730	AC 30 f. 34
ob. Lotharii F.	**Caietanus** Sołtyk, fit coadi. c.f.s. Kiovien.[3])	22 Sept. 1749	AC 33 f. 278
certo modo	**Franciscus** Kobielski, fit suffrag. Luceorien.[4])	28 Ian. 1760	AC 35 f. 250
ob. Francisci	**Adamus** Naruszewicz, fit coadi. c.f.s. Smolenscen.[5])	13 Mart. 1775	AC 38 f. 56
certo modo	**Ioannes Maximilianus** von Haunold, fit suffrag. Moguntin.[6])	18 Iun. 1792	AC 40 f. 323'

Emonien(sis) v. **Aemonien(sis)**

Emeriten.

[1]) Pius PP. VI 16 Febr. 1778 per Bullam Apost. (a. Incarnationis 1777 XIV° Kal. Martii) territoria, quae ad archiep. S. Fidei et ep. de Venezuela in prov. de Maracaibo ad praesens respect. spectant necnon duas civ. de Coro et de Truxillo una cum suis territoriis dismembrat et oppidum Emeriten. in civ. epalem ac eccl. in dicta civ. existentem determinandam in cathedr. sub invocatione et titulo designandis erigit et suffrag. metrop. S. Fidei constituit (Cons. 1782 f. 214 ss.). - A. 1791: Cathedr. sub invocatione Conceptionis B.M.V.; in capitulo cathedr. sunt 3 dign. et 2 can.[tus]; in civ. sunt 1 eccl. paroec., 3 conventus virorum, 1 mon. monialium (P. Cons. 193 f. 117 s.); taxa 33 1/3 flor. (AC 39 f. 227').

[2]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. in Indiis, c. decr. ... prof. fidei, instit. theol. et poenit. ac sem., erig. mont. piet. (AC 39 f. 227'); nat. in Los Palacios y Villafranca nunc. dioec. Hispalen. 23 Iun. 1722, pbr., missionarius (P. Cons. 182 f. 168 ss.); ob. 9 Nov. 1790 (A. R. Silva, Documentos para la historia de la Diocesis de Merida. Tom. I, Merida - Venezuela 1908, 46).

[3]) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... instit. etc. ut supra (AC 40 f. 272); nat. in loco Sesquilé nunc. dioec. S. Fidei, bapt. 13 Oct. 1735 aet. 10 dierum, pbr., doct. theol. univ. S. Fidei, lect. theol. eiusdem univ., iam prior et provincialis suae Religionis (P. Cons. 193 f. 114 ss.); praesent. r. cath. 17 Aug. 1791 (Cons. 1791 f. 323); ob. 20 Nov. 1794 (Silva l. c. 240).

[4]) Praesent. r. cath., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... instit. theol. et poenit., erig. mont. piet. (AC 41 f. 286); nat. in loco de Cervera dioec. Caesaraugustan. 26 Aug. 1735, pbr., doct. theol. univ. Caesaraugustan., lect. theol. (P. Cons. 198 f. 307 ss.); consecr. Matriti 21 Febr. 1796 a card. de Lorenzana (Iuramenta 10 f. 353 s.); ob. 23 Sept. 1800 (Silva l. c. 266).

Emessen.

[1]) Eccl. archiepalis Hemesen., sedes autocephala, sita est in Phoenicia Secunda sub patr. Antiochen. (Index Sed. tit. n. 933).

[2]) Promovetur ad Emesen. et deput. coadi. c.f.s. archiep.° Pragen. (AC 34 f. 103); cf. Pragen.

[3]) Promovetur ad Emesen. c. ret. omnium quae obtinet (AC 34 f. 263); bulla prov. (S. Br. 3403 f. 40 ss.); fit ep. solio Pont. assist. 15 Mart. 1761 (S. Br. 3481 f. 592); ob. Romae 1 Sept. 1774 (Diario 8610 p. 12).

[4]) Promovetur ad Emesen. c. disp. ... pbr.[tus] ord., c. ret. omnium quae obtinet (AC 38 f. 102); bulla prov. (S. Br. 4366 f. 281 ss.); nat. Mediolani 31 Aug. 1731, prom. ad ord. pbr.[tus] 20 Aug. 1775, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 26 Apr. 1759, iam gub. civ. Reatin. et Fabrianen., ad praesens ponens S. Congr. Consultae, utr. sign. ref. (P. Dat. 152 f. 287 ss.); consecr. in cathedr. Tusculan. 17 Sept. 1775 a card. duce Eboracen. (Diario 76 p. 24); fit ep. solio Pont. assist. 17 Sept. 1775 (S. Br. 4125 f. 69); deput. nunt. apost. in Belgicis ditionibus 18 Sept. 1775 (S. Br. 3826 f. 115 ss.); fit gub. Urbis 1 Mart. 1785 (S. Br. 4044 f. 96 s.); creatur card. 30 Mart. 1789 (cf. S.R.E. card. V, 54).

Emmausen.

[1]) Eccl. Emmausen. sita est in Palaestina Prima sub metrop. Caesarien. (Index Sed. tit. n. 965).

[2]) Promovetur ad Emmausen. et deput. suffrag. Treviren. ad pontif., c. ret. decanatus et can.[tus] ac praeb. colleg. S. Simeonis necnon can.[tus] et praeb. alterius colleg. S. Paulini civ. Treviren. ac etiam unius simplicis, c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mensae archiepalis Treviren. fructibus (AC 30 f. 34); bulla prov. (S. Br. 2964 f. 104 ss.); nat. in civ. Treviren., bapt. 24 Maii 1691, charactere cler. insign. 18 Sept. 1705, prom. ad ord. pbr.[tus] a. 1719, doct. iur. utr. univ. Treviren. a. 1711, prof. iur. can. eiusdem univ. ab a. 1714 usque ad a. 1720, officialis Treviren. (P. Cons. 116 f. 281 ss.); 7 Oct. 1730 ei conc. ind. ... cons. ep. et 2 abb. (S. Br. 2759 f. 97); ob. 11 Maii 1748 (P. Cons. 136 f. 480').

[3]) Promovetur ad Emmausen. et deput. coadi. c.f.s. ep.° Kiovien. (AC 33 f. 278); cf. Kiovien.

[4]) Promovetur ad Emmausen. et deput. suffrag. Luceorien. ad pontif., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mensae epalis Luceorien. fructibus, c. ret. praepos. Luceorien. ac decanatus colleg. Stanislavien. dioec. Leopolien. atque unius eccl. paroec. (AC 35 f. 250); bulla prov. (S. Br. 3659 f. 145 ss.); nat. in dioec. Gnesnen., aet. 36 an., pbr., doct. iur. utr., vic. gen. Luceorien. (Cons. 1759/1760 f. 151 s.); consecr. in cathedr. Luceorien. 13 Apr. 1760 ab ep. Luceorien. (Iuramenta 5 f. 180'); ob. ante 13 Sept. 1773 (A. Cons. 1773 f. 281).

[5]) Promovetur ad Emmausen. et deput. coadi. c.f.s. ep.° Smolenscen. (AC 38 f. 56); cf. Smolenscen.

[6]) Promovetur ad Emmausen. et deput. suffrag. Moguntin. ad pontif. in oppido Erfordiae et in districtu Thuringiae, c. disp. ... gradus, c. ret. praepos. colleg. ad S. Stephanum Moguntiae, c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mensae archiepalis Moguntin. fructibus (AC 40 f. 323'); bulla prov. (S. Br. 4384 f. 163 ss.); nat. Moguntiae, bapt. 27 Aug. 1735, charactere cler. insign. 22 Dec. 1754, prom. ad ord. min. 19 Dec. 1760, subdiac.[tus], diac.[tus] et pbr.[tus] 22, 24, 28 Aug. 1761, per 25 annos consiliarius eccl.[cus] actualis, exam. promovendorum ad ordines, fiscalis maior Moguntin. (P. Cons. 194 f. 439 ss.).

Engolismen(sis) *(Angoulême)* in Gallia [1])

ob. Cypriani G. Bernard	**Franciscus** du Verdier [2])	16 Dec. 1737	AC 31 f. 140'
ob. Francisci	**Iosephus Amadeus** de Broglie [3])	11 Febr. 1754	AC 34 f. 189'
ob. Iosephi A.	**Philippus Franciscus** d'Albignac de Castelnau [4])	25 Iun. 1784	AC 39 f. 293

Ephesin(a) *(Ephesus)* in Asia Prima, metrop., tit.[1])

prom. Dom. Passionei ad cardinalatum	**Antonius Maria** Pescatori, O.F.M.Cap.[2])	22 Iun. 1739	AC 31 f. 216'
tr. Antonii M. ad Gallipolitan.	**Antonius Eugenius** Visconti [3])	28 Ian. 1760	AC 35 f. 248'
assign. tt.l card.li Visconti	**Nicolaus** Buschi [4])	11 Apr. 1785	AC 40 f. 26'

Epiphanien(sis) *(Epiphania)* in partibus infidelium, tit.[1])

ob. Ioannis D. Xiberras	**Ioannes Bapt.** Pellegrini [2])	5 Oct. 1751	S. Br.
tr. Ioannis B. ad Comen.	**Thomas** Vespoli [3])	22 Nov. 1762	AC 35 f. 377'
ob. Thomae	**Augustus** von Hornstein, fit suffrag. Constantien.[4])	16 Maii 1768	AC 36 f. 331'

Erythren(sis) seu **Aerythren(sis)** *(Erythrae, Erythrum)* in partibus infidelium, tit.[1])

certo modo	**Ioannes Christianus** von Königsfeld [2])	21 Apr. 1749	AC 33 f. 253'

Engolismen.

[1]) A. 1753: Civ. Engolismen. inhabitatur a 13000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis Xmi; eccl. cathedr. sub invocatione S. Petri suffrag. metrop. Burdegalen.; in ea sunt 5 dign. et 21 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 14000 circ. libr. Turonen. deductis oneribus; in civ. et suburbiis sunt 12 eccl. paroec., 7 conventus virorum, 5 mon. monialium; dioec. continet 220 parochias (P. Cons. 143 f. 273'); taxa 1000 flor. (AC 34 f. 189').

[2]) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. ret. compat. et ad quinquennium decanatus Engolismen., c. decr. ... prof. fidei, instit. poenit., erig. mont. piet. (AC 31 f. 140'); nat. in civ. Lemovicen., aet. 50 an., pbr., lic. iur. utr. univ. Burdegalen., vic. capitularis et officialis Engolismen. (P. Cons. 123 f. 179 ss.); nomin. r. Xmo 3 Iul. 1737 (l. c. f. 180); ob. 21 Sept. 1753 (P. Cons. 143 f. 274).

[3]) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. ret. compat., c. decr. ... repar. dom. epalis, instit. etc. ut supra (AC 34 f. 189'); nat. in civ. Arelaten., aet. 44 an., pbr., lic. theol. univ. Avenionen., vic. gen. Arelaten. (P. Cons. 143 f. 268 ss.); nomin. r. Xmo 7 Nov. 1753 (l. c. f. 270); ob. ante 2 Maii 1784 (P. Cons. 184 f. 119).

[4]) Promovetur c. ret. compat., c. decr. ... repar. etc. ut supra (AC 39 f. 293); nat. in dioec. Mimaten., aet. 44 an., pbr., lic. theol. fac. Parisien., vic. gen. Baiocen. a 15 annis (P. Cons. 184 f. 116 ss.); nomin. r. Xmo 2 Maii 1784 (l. c. f. 119); non dim. a. 1801; ob. in Anglia a. 1806 (Jean 134).

Ephesin.

[1]) Eccl. metrop. Ephesin. sita est in Asia Prima (Index Sed. tit. n. 184).

[2]) Promovetur c. decr. ... prof. fidei (AC 31 f. 216'); bulla prov. (S. Br. 2972 f. 290 ss.); nat. in civ. Parmen., aet. 50 an. circ., charactere cler. insign. 31 Maii 1697, prom. ad ord. min. 15 Mart. 1710, subdiac.tus 30 Maii 1711, diac.tus 21 Maii 1712, pbr.tus 24 Febr. 1714, fit theologus et exam. tribunalis nuntiaturae apost. in Hispania 17 Mart. 1727, capellanus et concionator regis cath. 29 Apr. 1727, exam. synodalis Toletan. 21 Iul. 1727, qualificator supremae Inquisitionis regni Hispaniae, in sua Religione «Antonius Maria de Parma» vocatur (P. Dat. 116 f. 45 ss.); consecr. Romae 28 Iun. 1739 a card. Aquaviva (Arch. Caer. 592 p. 706); fit ep. solio Pont. assist. 2 Iul. 1739 (S. Br. 2959 f. 196); tr. ad Gallipolitan. 6 Mart. 1741.

[3]) Promovetur c. disp. ... pbr.tus ord., c. ret. omnium quae obtinet (AC 35 f. 248'); bulla prov. (S. Br. 3659 f. 181 ss.); nat. Mediolani 17 Iul. 1713, prom. ad ord. pbr.tus 22 Dec. 1759, doct. iur. utr. univ. Papien. 19 Dec. 1737, olim ponens S. Congr. Consultae, secr. S. Congr. Indulgentiarum, ad praesens utr. sign. ref. (P. Dat. 137 f. 17 ss.); consecr. Romae 16 Febr. 1760 a Clemente PP. XIII (Arch. Caer. 603 p. 36); fit ep. solio Pont. assist. 20 Febr. 1760 (S. Br. 3471 f. 14); deput. nunt. apost. apud regem Poloniae 22 Febr. 1760 (S. Br. 3459 f. 23 ss.), nunt. apost. apud. imperatorem 22 Nov. 1766 (S. Br. 3604 f. 1011 ss.); creatur card. et in pectore reservatur 17 Iun. 1771, publicatur 19 Apr. 1773 (cf. S.R.E. card. IV, 11).

[4]) Promovetur c. ret. can.tus et praeb. bas. Lateranen. de Urbe (AC 40 f. 26'); bulla prov. (S. Br. 4377 f. 140 ss.); nat. in civ. Caesenaten. 23 Oct. 1732, prom. ad ord. pbr.tus 26 Oct. 1766, doct. iur. utr. univ. Firman. 6 Apr. 1752 (P. Dat. 160 f. 300 ss.); fit ep. solio Pont. assist. 15 Febr. 1786 (S. Br. 4067 f. 15); tr. ad Ferentin. 11 Aug. 1800 (AC 49 f. 114); ob. in resid. 23 Sept. 1813 (P. Dat. 177 f. 365).

Epiphanien.

[1]) Duae habentur eccl. Epiphanien., una in Syria Secunda sub metrop. Apamen., altera in Cilicia Secunda sub metrop. Anazarben. (Index Sed. tit. nn. 842, 885).

[2]) Promovetur c. ret. omnium, quae obtinet (S. Br. 3240 f. 231 ss.); nat. in civ. Comen. 12 Mart. 1711 (P. Dat. 137 f. 93 ss.); pbr., can. et vic. gen. Comen. (S. Br. 3240 f. 232); tr. ad Comen. 21 Iul. 1760.

[3]) Promovetur c. decr. ... prof. fidei, vac. can.tus et praeb. Neapolitan. ceteraque benef., quae obtinet, suspenso ... ad obitum (AC 35 f. 377'); bulla prov. (S. Br. 3661 f. 248 ss.); nat. Neapoli 25 Mart. 1720, prom. ad ord. pbr.tus 4 Apr. 1744, doct. iur. utr. univ. Neapolitan. 24 Mart. 1741, in curia archiepali Neapolitan. pauperum advocatus et deinde promotor fiscalis (P. Dat. 139 f. 89 ss.).

[4]) Promovetur ad Epiphanien. et deput. suffrag. Constantien. prov. Moguntin. ad pontif. in locum Francisci C.I. ep. Domitiopolitan. suffraganei alias deputati et ad pontif. obeunda propter eius aet. senio confectam et infirmitates, quibus afficitur, inhabilis redditi, ea tamen conditione, quod congrua 300 duc. auri de Camera suffraganeis Constantien. iam assignata super fructibus mensae epalis eiusdem eccl., ab ipso Francisco ep. eius vita naturali durante integre percipiatur, et nonnisi post eius obitum praefatus Augustus illam exigere possit, c. disp. ... gradus, c. ret. can.tus et praeb. Constantien. et compat. (AC 36 f. 331'); bulla prov. (S. Br. 3667 f. 129 ss.); nat. in loco de Weiterdingen dioec. Constantien., bapt. 19 Iun. 1730, prom. ad ord. pbr.tus 8 Iun. 1767 (P. Cons. 156 f. 134 ss.); res. suffraganeatum 20 Febr. 1779 (P. Cons. 177 f. 186).

Erythren.

[1]) Duae habentur eccl. Erythren, una in Asia Prima sub metrop. Ephesin., altera in Libya Pentapolitana (Index Sed. tit. nn. 202, 778).

[2]) Promovetur ad Erythren. ita tamen, ut pontif. nonnisi in eccl. S. Georgii in electoralibus pro tempore existentis ducis Bavariae aedibus sita, et conventui equestris militaris Ord. in honorem B.M.V. instituti ibi assi-

ob. Ioannis Ph. Cauti	**Antoninus** Cavalieri 3)	9 Apr. 1764	AC 36 f. 48'
certo modo	**Marcus** Dobrebich, O.F.M.Obs. 4)	12 Dec. 1772	S. Br.
ob. Marci	**Felix** Lewiński, fit suffrag. Vladislavien. 5)	12 Sept. 1794	AC 41 f. 137
tr. Antonini ad Agrigentin.	**Raymundus Aloysius** Vecchietti, fit coadi. c.f.s. Collen. 6)	24 Iul. 1797	AC 41 f. 398

Esbonen(sis) seu **Esbonitan(a)** *(Esbus)* in Arabia, tit. 1)

certo modo	**Adamus Emericus** Majthényi Kesselökö 2)	29 Maii 1741	AC 32 f. 26'

Esin(a) v. **Aesin(a)**

Eucarp(i)en(sis) *(Eucarpia)* in Phrygia Salutari Prima, tit. 1)

certo modo	**Edmundus** Bennetat 2)	22 Sept. 1745	S. Br.
ob. Edmundi	**Ernestus** von Herberstein, fit suffrag. Frisingen. 3)	16 Febr. 1767	AC 36 f. 254'
tr. Ernesti ad Lincien.	**Antonius** Rossi 4)	11 Apr. 1785	AC 40 f. 26'
tr. Antonii ad Verulan.	**Iosephus** Corari, fit suffrag. Sabinen. 5)	3 Aug. 1789	AC 40 f. 188'

Eugubin(a) *(Gubbio)* in Italia media 1)

ob. Sostenei M. Cavalli	**Iacobus** Cingari 2)	20 Nov. 1747	AC 33 f. 168

---

gnata exercere valeat, c. disp. ... gradus, c. ret. omnium quae obtinet, c. decr. ... prof. fidei (AC 33 f. 253); bulla prov. (S. Br. 3398 f. 251 ss.); nat. in Zaitzkofen nunc. dioec. Ratisbonen., bapt. 22 Ian. 1681, prom. ad ord. pbr.tus 22 Dec. 1714, consiliarius intimus electoris Bavariae per 40 annos et amplius, iam can. capitularis, postmodum thesaurarius, deinde summus scholasticus et summus decan. cathedr. Frisingen. (P. Dat. 126 f. 23 ss.); ob. ante 23 Maii 1767 (P. Dat. 144 f. 102 ss.).

3) Promovetur iuxta decr. a S.S. approbatum, c. ind. ... cons. ep. et 2 abb., c. decr. ... prof. fidei, vac. can.tus et praeb. Agrigentin. ceteraque benef. suspenso ... ad obitum (AC 36 f. 48'); bulla prov. (S. Br. 3663 f. 205 ss.); nat. in civ. Agrigentin. 9 Sept. 1719, prom. ad ord. pbr.tus 22 Dec. 1742, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 24 Iul. 1743, iam exam. synodalis, ad praesens vic. gen. Agrigentin. (P. Dat. 141 f. 19 ss.); consecr. in cathedr. Montis Regalis 29 Iul. 1764 ab archiep. Montis Regalis (Iuramenta 3 f. 80); iuxta decr. S. Congr. Consist. 18 Febr. 1764 fit auxiliaris ep. Agrigentin. (A. Cons. 1764 f. 23); tr. ad Agrigentin. 15 Sept. 1788.

4) Promovetur ad Erythren. (S. Br. 3757 f. 13 ss.) iuxta decr. S. Congr. Prop. 20 Nov. 1772 emanatum et a S.S. 22 Nov. approbatum (l. c. f. 10); 12 Dec. 1772 deput. vic. apost. in ea parte Bosniae, quae dominio Othomanico subest (l. c. f. 9); ob. ante 4 Apr. 1784 (S. Br. 4024 f. 3).

5) Promovetur ad Erythren. et deput. suffrag. Vladislavien. ad pontif., c. assign. congruae in tot bonis stabilibus iam constitutae, c. ret. cancellariatus Vladislavien. ac 2 paroec. eccl. (AC 41 f. 137); bulla prov. (S. Br. 4386 f. 105 ss.); bapt. in eccl. paroec. Srzeplen. in palatinatu Pomeraniae dioec. Vladislavien. 24 Oct. 1751, prom. ad ord. pbr.tus 4 Aug. 1776, doct. iur. utr. univ. Cracovien. 29 Apr. 1777, fit can. Vladislavien. 27 Nov. 1783, iam iudex ad supremum regni Poloniae tribunal necnon exam. promovendorum ad ord. Vladislavien. ac convisitator dioec. Vladislavien. (P. Cons. 197 f. 171 ss.); consecr. 19 Mart. 1795 ab ep. Vladislavien. (P. Cons. 216 f. 395'); tr. ad Ianovien. 29 Mart. 1819 (AC 52 f. 234); ob. 5 Apr. 1825 (P. Cons. 224 f. 118).

6) Promovetur ad Erythren. et deput. coadi. c.f.s. ep.° Collen. (AC 41 f. 398); cf. Collen.

Esbonen.

1) Eccl. Esbonitan. sita est in Arabia sub metrop. Bostren. (Index Sed. tit. n. 868).

2) Promovetur c. disp. ... gradus, c. ret. omnium quae obtinet, c. decr. ... prof. fidei (AC 32 f. 26'); bulla prov. (S. Br. 3391 f. 563 ss.); nat. in loco Szeniczien. dioec. Strigonien. 19 Apr. 1694, prom. ad ord. pbr.tus 4 Mart. 1719, praep. S. Georgii Campi Viridis nunc. Strigonien., can. Strigonien., aud. gen. causarum archiep.' Strigonien. (P. Dat. 118 f. 95 ss.).

Eucarp(i)en.

1) Eccl. Eucarpen. sita est in Phrygia Salutari Prima sub metrop. Synnaden. (Index Sed. tit. n. 497).

2) Pbr. saec. sem. Parisien. missionum ad exteros, missionarius regni Cocincinae, promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 pbr. saec. vel reg. (S. Br. 3102 f. 27 ss.) iuxta decr. S. Congr. Prop. 10 Sept. 1745 emanatum et a S.S. 12 Sept. approbatum (l. c. f. 31); 22 Sept. 1745 deput. coadi. c.f.s. ep.° Nolen. in vicariatu apost. regni Cocincinae, Ciampae et Cambodiae (l. c. ff. 28', 33); 16 Febr. 1758 deput. coadi. c.f.s. ep. Ceomanen. in vicariatu apost. regni Tunchini occid. (S. Br. 3380 f. 5); fit ep. solio Pont. assist. 25 Dec. 1758 (S. Br. 3455 f. 18); dum Roma Tunchinum versus regreditur, ob. in insula Borbonia (S. Br. 3508 f. 39) 22 Maii 1761 (Gams 125).

3) Promovetur ad Eucarpien. et deput. suffrag. Frisingen. ad pontif., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mensae epalis Frisingen. fructibus, c. ret. can.tuum ac praeb. Frisingen. et Passavien. (AC 36 f. 254'); bulla prov. (S. Br. 3666 f. 17 ss.); nat. Viennae in Austria, bapt. 20 Apr. 1731, charactere cler. insign. 17 Iun. 1746, prom. ad ord. min. 22 Dec. 1748, subdiac.tus 11 Maii 1752, diac.tus 22 Apr. 1753, pbr.tus 3 Mart. 1754, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 22 Sept. 1752 (P. Cons. 155 f. 225 ss.; Vienna, Proc. n. 498); S.S. dimissionem suffrag.tus ab eo factam iuxta decr. consist. 10 Ian. 1785 admisit (P. Cons. 189 f. 155); tr. ad Lincien. 14 Febr. 1785.

4) Promovetur c. ret. omnium, quae obtinet, c. decr. ... prof. fidei (AC 40 f. 26'); bulla prov. (S. Br. 4377 f. 128 ss.); nat. in terra de Stellata dioec. Ferrarien. 6 Febr. 1738, prom. ad 2 ultimos ord. min. 21 Dec. 1768, subdiac.tus, diac.tus et pbr.tus 26, 28, 31 Dec. 1768, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 16 Maii 1763, iam vic. gen. Ravennaten., ad praesens prot. apost. honorarius et vic. apost. civ. et dioec. Comaclen. (P. Dat. 160 f. 288 ss.); consecr. Ravennae 22 Maii 1785 a card. Valenti Gonzaga (Iuramenta 10 f. 158); tr. ad Verulan. 18 Dec. 1786.

5) Promovetur ad Eucarpien. et deput. suffrag. Sabinen. ad pontif. (AC 40 f. 188'); bulla prov. (S. Br. 4381 f. 111 ss.); nat. Romae 29 Mart. 1749, prom. ad ord. pbr.tus 10 Apr. 1773, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 22 Mart. 1780, fit vic. gen. Urbanien. 29 Maii 1780, deinde vic. gen. Sabinen. usque ad praesens (P. Dat. 163 f. 72 ss.); consecr. Romae 9 Aug. 1789 a card. Corsini (Diario 1526 p. 8); adhuc inter vivos 19 Dec. 1814 (AC 51 f. 21); ob. ante 29 Mart. 1819 (AC 52 f. 237).

Eugubin.

1) A. 1747: Civ. Eugubin. sita in prov. Umbriae inhabitatur a 5000 circ. incolarum, sub dominio temporali Sedis Apost.; eccl. cathedr. sub invocatione SS. Mariani et Iacobi suffrag. metrop. Urbinaten.; in ea sunt 1 dign. et 15 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 1350 circ. scut. mon. Rom.; in civ. sunt 7 eccl. paroec., 1 colleg., 9 conventus virorum, 9 mon. monialium (P. Dat. 124 f. 124' ss.); taxa 633 1/3 flor. (AC 33 f. 168).

2) Promovetur c. decr. ... instr. suppellect. (AC 33 f. 168); nat.

ob. Iacobi	**Paulus** Orefici [3])	19 Sept. 1768	AC 36 f. 342'
ob. Pauli	**Octavius** Angelelli [4])	14 Febr. 1785	AC 40 f. 10

Eumen(i)en(sis) *(Eumenia)* in Phrygia Pacatiana Prima, tit.[1])

ob. Erasmi Bortoni	**Franciscus Augustinus** de La Roque, Congr.Barn.[2])	11 Sept. 1775	AC 38 f. 102'

Eurien(sis) seu **Euroeen(sis)** *(Euroea)* in Epiro Vetere, tit.[1])

certo modo	**Ioannes** de Brunet de Pujols de Castelpers de Panat [2])	30 Sept. 1739	AC 31 f. 230'

Europen(sis) *(Europus)* in Syria Euphratensi Prima, tit.[1])

certo modo	**Ludovicus Carolus** de Machault, fit coadi. c.f.s. Ambianen.[2])	27 Ian. 1772	AC 37 f. 172
certo modo	**Franciscus de Paula** Paternò Castello [3])	28 Sept. 1778	AC 39 f. 36

Evarien(sis) seu **Euroeen(sis)** *(Euroea)* in Phoenicia Secunda, tit.[1])

certo modo	**Eusebius** Oscot, O.P.[2])	1 Oct. 1737	S. Br.
certo modo	**Franciscus Casimirus** Dowgiałło Zawisza, fit suffrag. Livonien.[3])	13 Apr. 1744	AC 32 f. 234'
ob. Francisci C.	**Antonius** Urbański, fit suffrag. Premislien.[4])	11 Sept. 1769	AC 37 f. 20'
ob. Antonii	**Iosephus** Rybiński, fit coadi. c.f.s. Vladislavien.[5])	28 Febr. 1774	AC 38 f. 13
certo modo	**Antonius** Ńarzymski, fit suffrag. Plocen.[6])	20 Iul. 1778	AC 39 f. 32

Bononiae 30 Nov. 1709, prom. ad ord. pbr.tus 19 Dec. 1733, doct. iur. utr. univ. Bononien. 20 Febr. 1736, doct. agregatus collegio iudicum et advocatorum Bononiae 20 Mart. 1739, ad praesens vic. gen. Ravennaten. (P. Dat. 124 f. 121 ss.); consecr. Romae 26 Nov. 1747 a card. delle Lanze (Diario 4737 p. 4); fit ep. solio Pont. assist. 16 Apr. 1758 (S. Br. 3385 f. 36); ob. in resid. 17 Iun. 1768 (P. Dat. 145 f. 101).

3) Promovetur c. ret. pens. quam percipit, c. decr. ... vac. praepos. Faventin., repar. cathedr. et dom. epalis, instr. suppellect. (AC 36 f. 342'); nat. in civ. Faventin., bapt. 24 Dec. 1721, prom. ad ord. pbr.tus 17 Apr. 1745, doct. iur. utr. univ. Caesenaten. 16 Iun. 1767, iam convisitator et pro-vic. gen. Faventin. (P. Dat. 145 f. 100 ss.); consecr. Romae 2 Oct. 1768 a card. Boschi (Diario 7995 p. 6); ob. in resid. 17 Oct. 1784 (P. Dat. 160 f. 271').

4) Promovetur c. ret. pens. quas percipit., c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso ... ad obitum, repar. dom. epalis (AC 40 f. 10); nat. Bononiae 25 Apr. 1751, prom. ad ord. pbr.tus 25 Mart. 1774, mag. theol. per rescriptum S.tis S. 29 Nov. 1784 (P. Dat. 160 f. 270 ss.); consecr. in cathedr. Tusculan. 20 Febr. 1785 a card. duce Eboracen. (Diario 1060 p. 9); fit ep. solio Pont. assist. 17 Febr. 1785 (S. Br. 4042 f. 15); ob. Mediolani 6 Mart. 1809 (Cardinali 217 sine f.).

Eumen(i)en.

1) Eccl. Eumenen. sita est in Phrygia Pacatiana Prima sub metrop. Laodicen. (Index Sed. tit. n. 477).

2) Promovetur ad Eumenien. c. disp. ... gradus (AC 38 f. 102'); bulla prov. (S. Br. 4366 f. 255 ss.); nat. in dioec. Lascuren., aet. 46 an., pbr., olim inspector gen. suae Congr. (P. Cons. 168 f. 43 ss.).

Eurien.

1) Eccl. Euroeen. sita est in Epiro Vetere sub metrop. Nicopolitan. (Index Sed. tit. n. 78).

2) Promovetur ad Eurien. c. ret. omnium quae obtinet, c. decr. ... prof. fidei (AC 31 f. 230'); bulla prov. (S. Br. 2972 f. 438 ss.); nat. in dioec. Ruthenen., aet. 37 an., pbr., doct. theol., archidiac. et vic. gen. Albien. (Cons. 1738/1739 f. 412); datur in auxilium archiep. Albien. (A. Cons. 1739 f. 529 ss.).

Europen.

1) Eccl. Europen. sita est in Syria Euphatensi Prima sub metrop. Hierapolitan. (Index Sed. tit. n. 850).

2) Promovetur ad Europen. et deput. coadi. c.f.s. ep.° Ambianen. (AC 37 f. 172); cf. Ambianen.

3) Promovetur c. decr. ... prof. fidei, vac. can.tus et praeb. Catanien. ceteraque benef., quae obtinet, suspenso ... ad obitum (AC 39 f. 36); bulla prov. (S. Br. 4369 f. 287 ss.); nat. Cataniae 21 Iun. 1737, prom. ad ord. pbr.tus 24 Iun. 1760, doct. iur. utr. univ. Catanien. 28 Maii 1755, ad praesens cons. supremae Inquisitionis in regno Siciliae (P. Dat. 155 f. 194 ss.).

Evarien.

1) Eccl. Euroeen. sita est Phoenicia Secunda seu Libanensi sub metrop. Damascen. (Index Sed. tit. n. 927).

2) Missionarius in prov. Fokien., promovetur ad Evarien. c. ind. ... cons. ep. et 2 pbr. saec. vel reg. (S. Br. 2906 f. 6 ss.) iuxta decr. S. Congr. Prop. 16 Sept. 1737 emanatum et a S.S. 28 Sept. approbatum (l. c. f. 11); 2 Oct. 1737 deput. coadi. c.f.s. Petro ep. Mauricastren. in vicariatu apost. prov. Fokien. in imperio Sinarum (l. c. f. 10); ob. ut coadiutor ante 22 Sept. 1745 (S. Br. 3102 f. 29).

3) Promovetur ad Evarien. et deput. suffrag. Livonien. ad pontif., c. assign. congruae suffraganeo pro tempore Livonien. nuper constitutae ac obligatione residendi in ipsa civ. Livonien. seu eius dioec., praesertim absente ep.°, c. ret. benef. curati Łayzovien. dioec. Samogitien., c. decr. ... vac. can.tus et praeb. Livonien. (AC 32 f. 234'); bulla prov. (S. Br. 3394 f. 434 ss.); nat. in oppido Szakinovien. dioec. Samogitien. 9 Iun. 1702, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 27 Aug. 1724, subdiac.tus et diac.tus 21, 25 Sept. 1725, pbr.tus 28 Oct. 1725, doct. iur. utr. univ. Vilnen. 9 Ian. 1742 (P. Cons. 131 f. 232 ss.); ob. ante 2 Iun. 1766 (P. Cons. 155 f. 78').

4) Promovetur ad Evarien. et deput. suffrag. Premislien. ad pontif., c. disp. ... gradus, c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mensae epalis Premislien. fructibus, c. ret. can.tuum et praeb. Leopolien. et Premislien., ac archidiac.tus colleg. Brzozovien. et 2 paroec. eccl. dioec. Premislien., ita tamen, ut unum quod maluerit ex praedictis benef. dimittere omnino teneatur (AC 37 f. 20'); bulla prov. (S. Br. 3802 f. 161 ss.); nat. in parochia de Sanok dioec. Premislien., bapt. 19 Maii 1726, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 30 Nov. 1745, subdiac.tus 21 Aug. 1749, diac.tus 12 Oct. 1749, pbr.tus 9 Nov. 1749, iudex delegatus ad supremum tribunal regni Poloniae, ad praesens vic. gen. Premislien. (P. Cons. 157 f. 231 ss.); ob. ante 28 Mart. 1770 (P. Cons. 158 f. 195).

5) Promovetur ad Evarien. et deput. coadi. c.f.s. ep.° Vladislavien. (AC 38 f. 13); cf. Vladislavien.

6) Promovetur ad Evarien. et deput. suffrag. Plocen. ad pontif. ac praesertim in oppido Pultovien. eiusdem dioec. in quo Antonius residere teneatur, c. disp. ... gradus, c. assign. congruae, c. ret. praepos. colleg. Łaszen. ac Pultovien. et can.tus ac praeb. Gnesnen. et officii coadi. c.f.s. mon. abbatiae nunc. Sullejovien. O.Cist. dioec. Gnesnen. (AC 39

Eystetten(sis) seu **Eistetten(sis)** *(Eichstätt)* in Germania 1)

ob. Francisci L. Schenk	**Ioannes Antonius** von Freyberg-Hopferau 2)	7 Iun. 1737	AC 31 f. 125
ob. Ioannis A.	**Raymundus Antonius** von Strasoldo 3)	26 Sept. 1757	AC 35 f. 93
ob. Raymundi A.	**Ioannes Antonius** von Zehmen 4)	17 Sept. 1781	AC 39 f. 167
ob. Ioannis A.	**Iosephus** von Stubenberg 5)	11 Apr. 1791	AC 40 f. 240'

Fabrianen(sis) *(Fabriano)* et [ab a. 1785] **Mathelicen(sis)** *(Matelica)* in Italia media 1)

a primaeva disiunctione et erectione	**Nicolaus** Zoppetti, O.E.S.Aug.2)	26 Sept. 1785	AC 40 f. 41'

Famagustan(a) *(Famagusta)* in insula Cypro, tit.1)

dim. Sergii Pola	**Ioannes Franciscus** Mora, Congr.Orat.2)	19 Febr. 1748	AC 33 f. 185
tr. Ioannis F. ad Adrien.	**Aloysius Maria** Gabrielli 3)	2 Oct. 1758	AC 35 f. 154
tr. Aloysii M. ad Concordien.	**Alexander** Papafava 4)	6 Apr. 1761	AC 35 f. 317
ob. Alexandri	**Franciscus** Condulmer 5)	28 Maii 1770	AC 37 f. 65'

---

f. 32); bulla prov. (S. Br. 4369 f. 213 ss.); nat. in Niborg nunc. dioec. Plocen., bapt. 6 Iun. 1735, charactere cler. insign. 10 Iun. 1753, prom. ad ord. min. 21 Oct. 1753, subdiac.tus 12 Iun. 1756, diac.tus 18 Oct. 1757, pbr.tus 17 Iun. 1759 (P. Cons. 175 f. 271 ss.); ob. 10 Dec. 1799 (Szostkiewicz 131).

Eystetten.

1) A. 1757: Civ. Eystetten. sita in prov. Franconiae inhabitatur a 10000 circ. incolarum, sub dominio temporali ep.1; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. et S. Willibaldi suffrag. metrop. Moguntin.; in ea sunt 4 dign. et 28 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 200000 circ. flor. illius mon.; in civ. sunt 2 eccl. paroec., ex quibus 1 colleg., 3 conventus virorum, 2 mon. monialium; dioec. continet 300 circ. parochias (P. Dat. 134 f. 173' s.); taxa 800 flor. (AC 35 f. 93).

2) Confirm. el. facta a capitulo et can.is Eystetten. de pers. Ioannis A., c. disp. ... gradus, c. decr. ... vac. can.tus et praeb. Eystetten., instit. poenit., erig. mont. piet. (AC 31 f. 125); nat. in Hopferau nunc. dioec. Augustan. 16 Iul. 1674, prom. ad ord. subdiac.tus 20 Iul. 1698, diac.tus 14 Mart. 1699, pbr.tus 6 Sept. 1699, alumnus coll. Germanici de Urbe a 9 Nov. 1694 usque ad 17 Sept. 1699, ab a. 1704 usque ad a. 1736 fuit parochus in Mattsies dioec. Augustan., fit can. Eystetten. c. ret. suae parochiae a. 1711 (P. Cons. 123 f. 192 ss.); el. a capitulo Eystetten. 5 Dec. 1736 (A. Cons. 1737 pars I f. 41'); 15 Iun. 1737 ei conc. ind. ... cons. ep. et 2 abb. (S. Br. 2898 f. 22); consecr. in cathedr. Eystetten. 8 Sept. 1737 ab ep. Csanadien. (Diario 3146 p. 10); ob. in resid. 20 Apr. 1757 (A. Cons. 1757 f. 700).

3) Confirm. el. a capitulo et can.is Eystetten. facta de pers. Raymundi A., c. disp. ... gradus, c. decr. ... prof. fidei, vac. decanatus Eystetten., instit. etc. ut supra (AC 35 f. 93); nat. Graecii [Graz] dioec. Seccovien., bapt. 29 Apr. 1718, prom. ad ord. subdiac.tus et diac.tus 23, 27 Maii 1741, pbr.tus 11 Iun. 1741, olim convictor sem. Romani de Urbe (P. Dat. 134 f. 173 ss.); el. a capitulo Eystetten. 5 Iul. 1757 (A. Cons. 1757 f. 703); ob. 13 Ian. 1781 (P. Cons. 181 f. 181').

4) Confirm. el. a capitulo et can.is Eystetten. fatca de pers. Ioannis A., c. disp. ... gradus, c. decr. ... vac. decanatus et can.tus ac praeb. Eystetten., instit. theol. et poenit., erig. mont. piet. (AC 39 f. 167); nat. in parochia Aurach nunc. dioec. Eystetten. 25 Nov. 1715, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 28 Oct. 1728, subdiac.tus 24 Dec. 1744, diac.tus et pbr.tus 7, 12 Iun. 1745, praep. colleg. ad S. Vitum in Herrieden. fit can. Eystetten. a. 1737 (P. Cons. 181 f. 177 ss.); el. a capitulo Eystetten. unanimiter 27 Mart. 1781 (A. Cons. 1781 f. 110); consecr. in cathedr. Eystetten. 25 Nov. 1781 ab ep. Tenagren. (Iuramenta 7 f. 94); ob. 23 Iun. 1790 (P. Cons. 193 f. 127).

5) Confirm. el. a capitulo et can.is Eystetten. facta de pers. Iosephi, c. ret. can.tus ac praeb. Ratisbonen. ac praepos. colleg. ad S. Ioannem Ratisbonae, c. decr. ... instit. etc. ut supra (AC 40 f. 240'); nat. Graecii [Graz] dioec. Seccovien., bapt. 8 Nov. 1740, prom. ad ord. subdiac.tus, diac.tus et pbr.tus 7, 21, 29 Apr. 1764, doct. theol. coll. Romani 6 Maii 1764 (P. Cons. 193 f. 122 ss.); el. a capitulo Eystetten. unanimiter in quarto scrutinio 21 Sept. 1790 (A. Cons. 1790 f. 409); consecr. in cathedr. Eystetten. 13 Nov. 1791 (Iuramenta 10 f. 342 s.); tr. ad Bambergen. 6 Apr. 1818 (AC 52 f. 67), c. ret. Eystetten. in admin. 7 Oct. 1818 (A. Cons. 1818 pars II f. 317); ob. 27 Ian. 1824 (Gams 274).

Fabrianen. et Mathelicen.

1) 8 Iul. 1785 epatus Fabrianen. a Camerinen. seiungitur et civ. Mathelicen. in epalem redintegratur et quatenus opus sit de novo erigitur eaque eccl. Fabrianen. aeque principaliter unitur (S. Br. 4377 f. 172 ss.); taxa 200 flor. (AC 40 f. 41'); cf. Camerinen.

2) Promovetur c. decr. ... instit. theol. in cathedr. Fabrianen., instr. suppellect. in cathedr. Mathelicen. (AC 40 f. 41'); nat. in civ. Fulginaten. 26 Nov. 1735, prom. ad ord. pbr.tus 23 Dec. 1758, mag. theol. 16 Maii 1771, lect. phil. et theol., regens studiorum, provincialis prov. Umbriae (P. Dat. 160 f. 327 ss.); consecr. Romae 29 Sept. 1785 a card. Archinto (Diario 1124 p. 2); ob. 12 Iul. 1796 (Vescovi 405 sine f.). In saeculo vocatur «Petrus Andreas».

Famagustan.

1) Eccl. Famagustan. sita est in insula Cypro sub metrop. Salaminen. (Index Sed. tit. n. 1705).

2) Promovetur c. decr. ... vac. benef. suspenso ... ad obitum (AC 33 f. 185); bulla prov. (S. Br. 3399 f. 203 ss.); nat. Venetiis 8 Aug. 1706, prom. ad ord. pbr.tus 20 Dec. 1738, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 23 Ian. 1743 (P. Dat. 125 f. 29 ss.); consecr. Romae 17 Mart. 1748 ab ep. Novarien. (Arch. Caer. 597 p. 27); tr. ad Adrien. 2 Aug. 1758.

3) Promovetur c. decr. ... prof. fidei, vac. can.tus et praeb. Tarvisin. (AC 35 f. 154); bulla prov. (S. Br. 3657 f. 203 ss.); nat. Venetiis 7 Sept. 1727, prom. ad ord. pbr.tus 19 Sept. 1750, doct. iur. utr. univ. Patavin. 11 Sept. 1758, iam convisitator ac pro-vic. gen. Tarvisin. (P. Dat. 135 f. 61 ss.); tr. ad Concordien. 6 Apr. 1761.

4) Promovetur c. decr. ... vac. can.tus et praeb. Patavin. ceteraque benef., quae obtinet, suspenso ... ad obitum (AC 35 f. 317); bulla prov. (S. Br. 3660 f. 243 ss.); nat. in civ. Patavin. 28 Dec. 1693, prom. ad ord. pbr.tus 27 Iun. 1723, doct. iur. utr. univ. Patavin. 13 Maii 1717, iam aud. ep.1 Patavin., vic. capitularis et ad praesens vic. gen. Patavin. (P. Dat. 138 f. 49 ss.); ob. ante 24 Febr. 1770 (Vescovi 288 f. 137).

5) Promovetur c. disp. ... gradus, c. ret. pens. quas percipit, c. decr. ... prof. fidei, vac. can.tus ac praeb. Patavin. ceteraque benef., quae obtinet, suspenso ... ad obitum (AC 37 f. 65'); bulla prov. (S. Br. 3802 f. 501 ss.); nat. Venetiis 20 Sept. 1726, prom. ad ord. pbr.tus 25 Apr. 1756, a 10 annis usque ad praesens can. Patavin. (P. Dat. 147 f. 93 ss.); ob. ante 22 Iun. 1785 (P. Dat. 160 f. 351).

ob. Francisci	**Ioannes Bapt.** Santonini, ep. Samarien.[6])	27 Iun. 1785	AC 40 f. 34
ob. Ioannis B.	**Ioannes Martinus** Bernardoni Baccolo, ep. Hipponen.[7])	1 Iun. 1795	AC 41 f. 161

Fanen(sis) *(Fano)* in Italia media [1])

ob. Alexandri Dolfi	**Iacobus** Beni [2])	28 Sept. 1733	AC 30 f. 293'
ob. Iacobi	**Ioannes Bapt.** Orsi [3])	17 Dec. 1764	AC 36 f. 77
ob. Ioannis B.	**Peregrinus** Consalvi [4])	13 Mart. 1775	AC 38 f. 52
ob. Peregrini	**Antonius Gabriel** Severoli [5])	23 Apr. 1787	AC 40 f. 97'

Faventin(a) *(Faenza)* in Italia superiore [1])

ob. Nicolai M. Lomellini	**Antonius** Cantoni [2])	17 Dec. 1742	AC 32 f. 136
tr. Antonii ad Ravennaten.	**Vitalis Iosephus** de' Buoi [3])	28 Sept. 1767	AC 36 f. 300
ob. Vitalis I.	**Dominicus** Mancinforte [4])	23 Apr. 1787	AC 40 f. 97'

Feltren(sis) *(Feltre)* in Italia superiore [1])

tr. Petri M. Suárez ad Adrien.	**Ioannes Bapt.** Bortoli [2])	18 Dec. 1747	AC 33 f. 170'

---

[6]) Absolv. a vinc. Samarien., tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., vac. can.tus et praeb. Patavin. ceteraque benef., quae obtinet, suspenso ... ad obitum (AC 40 f. 34); bulla prov. (S. Br. 4377 f. 168 ss.); ob. 12 Ian. 1795 (Cons. 1795 pars I f. 118).

[7]) Absolv. a vinc. Hipponen., tr. ad Famagustan. (AC 41 f. 161); bulla prov. (S. Br. 4387 f. 53 s.); ob. Romae 12 Oct. 1823 (Diario 82 p. 1).

Fanen.

[1]) A. 1764: Civ. Fanen. sita in prov. Umbriae inhabitatur a 6000 circ. incolarum, sub dominio temporali Sedis Apost.; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. immed. subi. S. Sedi; in ea sunt 2 dign. et 12 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 1500 circ. scut. mon. Rom.; in civ. sunt 13 eccl. paroec., 11 conventus virorum, 5 mon. monialium; dioec. continet 12 loca (P. Dat. 141 f. 185' ss.); taxa 300 flor. (AC 36 f. 77).

[2]) Promovetur c. ret. pens. quam percipit, c. reserv. pens. usque ad summam 100 scut. mon. Rom. pro pers. nominandis (AC 30 f. 293'); nat. in civ. Eugubin. 2 Apr. 1677, prom. ad ord. pbr.tus 14 Maii 1719, doct. iur. utr. univ. Maceraten. 14 Sept. 1706, iam can. Eugubin., a 10 annis vic. gen. Albanen., a 3 annis praep. Albanen. (P. Dat. 110 f. 131 ss.); consecr. Romae 22 Nov. 1733 a card. Guadagni (Arch. Caer. 592 p. 193); ob. in resid. 16 Iun. 1764 (P. Dat. 141 f. 186').

[3]) Promovetur c. decr. ... vac. can.tus et praeb. Bononien., repar. cathedr. et dom. epalis (AC 36 f. 77); nat. Bononiae 22 Ian. 1716, prom. ad ord. pbr.tus 23 Maii 1739, doct. theol. et iur. utr. Sapientiae Rom. 13 Febr. 1751, a multis annis usque ad praesens commiss. Fabricae S. Petri de Urbe (P. Dat. 141 f. 185 ss.); consecr. Romae 30 Dec. 1764 a card. duce Eboracen. (Arch. Caer. 605 p. 393); ob. in resid. 26 Dec. 1774 (Diario 2 p. 8).

[4]) Promovetur c. ret. pens. quam percipit (AC 38 f. 52); bulla prov. (S. Br. 4366 f. 11 ss.); nat. in civ. Maceraten. 1 Ian. 1729, prom. ad ord. pbr.tus 8 Iun. 1754, doct. theol. et iur. utr. univ. Maceraten. 11 Mart. 1747, iam can. colleg. bas. S. Laurentii in Damaso de Urbe, deinde abbreviator nuntiaturae apost. Portugalliae (P. Dat. 152 f. 85 ss.); consecr. Romae 19 Mart. 1775 a card. Conti (Arch. Caer. 628 p. 144); fit ep. solio Pont. assist. 17 Iul. 1778 (S. Br. 3891 f. 35); ob. in resid. 2 Febr. 1787 (Vescovi 314 f. 35).

[5]) Promovetur c. reserv. pens. 300 scut. mon. Rom. pro pers. nominandis, c. decr. ... vac. praepos. Faventin. (AC 40 f. 97'); nat. in civ. Faventin., bapt. 28 Febr. 1757, prom. ad ord. pbr.tus 18 Dec. 1779, doct. iur. utr. univ. Caesenaten. 3 Febr. 1787, iam archidiac. et pro-vic. gen. Faventin., ad praesens exam. synodalis et praep. Faventin. (P. Dat. 161 f. 67 ss.); fit ep. solio Pont. assist. 27 Apr. 1787 (S. Br. 4467 f. 60); consecr. Romae 13 Maii 1787 a card. Boschi (Diario 1292 p. 6); tr. ad Petren. c. ret. Fanen. in admin. 28 Sept. 1801 (AC 49 f. 216); tr. ad Viterbien. et Tuscanien. 11 Ian. 1808 (AC 50 f. 514); creatur card. 8 Mart. 1816 (AC 51 f. 161); ob. Romae 8 Sept. 1824 (P. Dat. 189 f. 308').

Faventin.

[1]) A. 1742: Civ. Faventin. sita in prov. Romandiolae inhabitatur a 15000 circ. incolarum, sub dominio temporali Sedis Apost.; eccl. cathedr. sub invocatione S. Petri suffrag. metrop. Ravennaten.; in ea sunt 3 dign. et 16 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 3000 circ. scut. mon. Rom.; in civ. sunt 28 eccl. paroec., ex quibus 1 colleg., 12 conventus virorum, 8 mon. monialium; dioec. continet 11 loca (P. Dat. 119 f. 171' s.); taxa 400 flor. (AC 32 f. 136).

[2]) Promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 300 scut. mon. Rom., salvis antiquis, pro pers. nominandis, c. decr. ... repar. cathedr. (AC 32 f. 136); nat. in civ. Faventin., bapt. 7 Aug. 1709, prom. ad ord. min. 10 Oct. 1738, subdiac.tus, diac.tus et pbr.tus 12, 19, 26 Oct. 1738, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 7 Dec. 1742, cubic. honoris S.tis S. (P. Dat. 119 f. 171 ss.); consecr. Romae 23 Dec. 1742 a Benedicto PP. XIV (Arch. Caer. 593 p. 666); fit ep. solio Pont. assist. 23 Dec. 1742 (S. Br. 3057 f. 19); tr. ad Ravennaten. 28 Sept. 1767.

[3]) Promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 400 scut. mon. Rom., salvis antiquis, pro pers. nominandis, c. decr. ... vac. can.tus ac praeb. bas. Lateranen., repar. cathedr. et dom. epalis, instr., suppellect. (AC 36 f. 300); nat. Bononiae 29 Maii 1732, prom. ad ord. pbr.tus 24 Maii 1755, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 16 Iun. 1751, olim convictor sem. Romani, ponens S. Congr. super bono regimine, utr. sign. ref., prael. domest. S.tis S. (P. Dat. 144 f. 117 ss.); fit ep. solio Pont. assist. 5 Oct. 1767 (S. Br. 3627 f. 1227); ob. 28 Ian. 1787 (Gams 689).

[4]) Promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 400 scut. mon. Rom. salvis antiquis pro pers. nominandis, c. decr. ... vac. can.tus et poenit. Anconitan. ceteraque benef., quae obtinet, suspenso ... ad obitum (AC 40 f. 97'); nat. in civ. Anconitan. 25 Nov. 1733, prom. ad ord. subdiac.tus et diac.tus 24, 29 Sept. 1763, pbr.tus 28 Oct. 1763, doct. iur. utr. et theol. univ. Maceraten. 24 Sept. 1778, iam vic. capitularis Anconitan., ad praesens pro-vic. gen. Anconitan. (P. Dat. 161 f. 85 ss.); ob. in resid. 20 Febr. 1805 (Vescovi ep. Napol. 57 n. 274).

Feltren.

[1]) A. 1747: Civ. Feltren sita in Marchia Tarvisin. inhabitatur a 3000 circ. incolarum, sub dominio temporali reipublicae Venetae; eccl. cathedr. sub invocatione S. Petri suffrag. patr. Aquilegien.; in ea sunt 2 dign. et 12 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 1800 scut. mon. Rom.; in civ. sunt 4 conventus virorum et 5 mon. monialium; dioec. continet 50 loca (P. Dat. 124 f. 157' ss.); taxa 900 flor. (AC 33 f. 170'). - 1 Maii 1818 fit unio Bellunen. et Feltren. (S. Br. 4713 n. 22).

[2]) Promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 200 scut. mon. Rom. pro pers. nominandis, c. decr. ... vac. omnia benef., suspenso ... ad obitum (AC 33 f. 170'); nat. Venetiis 21 Iul. 1695, prom. ad ord. pbr.tus 24 Sept. 1718, doct. theol. univ. Patavin. 13 Apr. 1740, iam. vic. gen. Ceneten. per 3 annos circ., ad praesens prof. primarius iur. can. univ. Patavin. et can. theologus Ceneten. (P. Dat. 124 f. 155 ss.);

dim. Ioannis B.	**Andreas** Minucci [3])	28 Mart. 1757	AC 35 f. 57
tr. Andreae ad Ariminen.	**Hieronymus** Beltramini [4])	15 Dec. 1777	AC 38 f. 198
ob. Hieronymi	**Andreas Benedictus** Ganassoni, archiep. Corcyren.[5])	12 Iul. 1779	AC 39 f. 74'
ob. Andreae B.	**Bernardus Maria** Carenzoni, O.S.B.[6])	24 Iul. 1786	AC 40 f. 65'

Fenaboren(sis) v. Finaboren(sis)

Ferentin(a) *(Ferentino)* in Italia media [1])

ob. Fabritii Borgia	**Petrus Paulus** Tosi [2])	16 Sept. 1754	AC 34 f. 225'

Feretran(a) seu Montis Feltri *(Montefeltro)* in Italia media [1])

ob. Ioannis C. Calvi	**Sebastianus** Bonaiuti [2])	29 Maii 1747	AC 33 f. 121'
ob. Sebastiani	**Ioannes** Pergolini [3])	22 Apr. 1765	AC 36 f. 100
tr. Ioannis ad S. Angeli in Vado	**Iosephus Maria** Terzi [4])	17 Febr. 1777	AC 38 f. 171

Fernen(sis) *(Ferns)* in Hibernia [1])

ob. ultimi ep.	**Nicolaus** Sweetman [2])	25 Ian. 1745	S. Br.
. . . .	**Ioannes** Stafford, fit ep. Dolichen. et coadi. c.f.s.[3])	14 Dec. 1772	S. Br.
. . . .	**Iacobus** Caulfield, fit ep. Birthen. et coadi. c.f.s.[4])	26 Febr. 1782	S. Br.

---

consecr. Romae 21 Dec. 1747 a card. Delfino (Diario 4746 p. 12); dim. 20 Mart. 1757 (P. Dat. 134 f. 62 ss.); promovetur ad Nazianzen. 28 Mart. 1757.

[3]) Promovetur c. reserv. pens. 400 scut. mon. Rom. pro Ioanne B. ep. dimittente, c. decr. ... vac. omnia benef., quae obtinet, suspenso ... ad obitum (AC 35 f. 57); nat. in loco de Serravalle dioec. Ceneten. 20 Iun. 1724, prom. ad ord. pbr.tus 7 Maii 1747, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 18 Mart. 1757, intimus cubicularius S.tis S. (P. Dat. 134 f. 64 ss.); consecr. Romae 3 Apr. 1757 a card. Doria (Diario 6201 p. 4); fit ep. solio Pont. assist. 27 Iun. 1777 (S. Br. 3865 f. 5); tr. ad Ariminen. 15 Dec. 1777.

[4]) Promovetur ad Feltren. (AC 38 f. 198); nat. in loco de Bassano dioec. Tarvisin. 31 Oct. 1738, prom. ad ord. pbr.tus 19 Dec. 1772, doct. iur. utr. univ. Patavin. 12 Nov. 1777 (P. Dat. 154 f. 175 ss.); consecr. Romae 21 Dec. 1777 a Carolo card. Rezzonico (Diario 312 p. 3); ob. 24 Mart. 1779 (Gams 777).

[5]) Absolv. a vinc. Corcyren., tr. c. ret. tt. archiep.', c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel. (AC 39 f. 74'); ob. Venetiis (P. Dat. 161 f. 82) 29 Mart. 1786 (Gams 777).

[6]) Congr. Montis Oliveti, promovetur ad Feltren. (AC 40 f. 65'); nat. in civ. Brixien. 2 Mart. 1748, in saeculo vocatus «Hercules Antonius Vincentius», prom. ad ord. pbr.tus 14 Mart. 1772, lect. theol. in variis mon. suae Congr., fit coadi. lectoris historiae eccl. Sapientiae Rom. 15 Iul. 1779 (P. Dat. 161 f. 81 ss.); consecr. Romae 30 Iul. 1786 a Carolo card. Rezzonico (Diario 1210 p. 4 s.); ob. Parisiis 20 Aug. 1811 (Gams 777).

Ferentin.

[1]) A. 1754: Civ. Ferentin. sita in prov. Campaniae inhabitatur a 5000 circ. incolarum, sub dominio temporali Sedis Apost.; eccl. cathedr. sub invocatione SS. Ioannis et Pauli immed. subi. S. Sedi; in ea sunt 17 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 1500 scut. mon. Rom.; in civ. sunt 5 eccl. paroec., 2 conventus virorum, 1 mon. manialium; dioec. continet 8 loca (P. Cons. 143 f. 304' ss.); taxa 100 flor. (AC 34 f. 225').

[2]) Promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 100 scut. mon. Rom. salvis antiquis pro pers. nominandis, c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 34 f. 225'); nat. in loco de Belvedere dioec. Senogallien., bapt. 29 Iun. 1714, prom. ad ord. pbr.tus 5 Apr. 1738, doct. iur. utr. univ. Maceraten. a. 1742, a 12 annis usque ad praesens vic. gen. Urbinaten. (P. Dat. 131 f. 185 ss.); consecr. Romae 29 Sept. 1754 a card. Feroni (Diario 5808 p. 3); fit ep. solio Pont. assist. 13 Nov. 1765 (S. Br. 3581 f. 1104); ob. 31 Mart. 1798 (Gams 691).

Feretran.

[1]) A. 1747: Ep. Feretran. residet in loco Pennabilli nunc., ubi est etiam eccl. cathedr. sub invocatione S. Bartholomaei suffrag. metrop. Urbinaten.; in ea sunt 3 dign. et 13 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 900 circ. scut. mon. Rom.; in dicto loco sunt 1 eccl. paroec., 1 conventus virorum et 1 mon. monialium; dioec. continet 50 loca (P. Dat. 124 f. 71' s.); taxa 205 $^1/_3$ flor. (AC 33 f. 121').

ob. Francisci A.	**Franciscus Xaverius** de Vivo, archiep. Lancianen.[4])	27 Febr. 1792	AC 40 f. 283'

Nyssen(a) *(Nyssa)* in Cappadocia Prima, tit.[1])

certo modo	**Crispinus** Cieszkowski, fit auxiliaris Leopolien.[2])	14 Dec. 1772	AC 37 f. 203

Oaxaca (de) v. **Antequeren(sis)**

Oëen(sis) *(Oëa, Tripoli)* in prov. Tripolitana, tit.[1])

certo modo	**Franciscus** ab Ottaiano, O.F.M.Ref.[2])	3 Oct. 1735	S. Br.

Olbanen(sis) seu **Olbien(sis)** *(Olba)* in Isauria, tit.[1])

certo modo	**Ludovicus Franciscus Alexander** de Jarente-Senas-d'Orgeval, fit coadi. c.f.s. Aurelianen.[2])	11 Dec. 1780	AC 39 f. 136

Numid(i)en.

[1]) Eccl. Numiden. sita est in Mauretania Caesariensi (Index Sed. tit. n. 1636).

[2]) Congr. Cassinen., promovetur ad Numidien. c. decr. ... prof. fidei (AC 36 f. 93'); bulla prov. (S. Br. 3664 f. 63 ss.); nat. in civ. Panormitan. 23 Aug. 1711, in saeculo vocatus «Gregorius», prof. religiosam emisit 25 Aug. 1727, prom. ad ord. pbr.tus 24 Iul. 1734, lect. theol., cons. et qualificator S. Inquisitionis in regno Siciliae, pluries thesaur. metrop. Montis Regalis, deinde vic. gen. Cephaluden. necnon abb. S. Mariae de Sparto dioec. Cephaluden. (P. Dat. 142 f. 15 ss.).

Nuscan.

[1]) A. 1753: Civ. Nuscan. sita in prov. Principatus ulterioris inhabitatur a 1100 circ. incolis; eccl. cathedr. sub invocatione S. Stephani suffrag. metrop. Salernitan.; in capitulo sunt 4 dign. et 8 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 1400 circ. duc. illius mon.; in civ. sunt 2 eccl. paroec.; dioec. continet 3 loca (P. Dat. 130 f. 117' ss.); taxa 50 flor. (AC 34 f. 155).

[2]) Absolv. a vinc. Strongolen., tr. c. decr. ... vac. benef. quae obtinet, suspenso ... ad obitum, prof. fidei et iuram. fidel., instit. theol. et poenit. ac sem., erig. mont. piet. (AC 32 f. 15); ob. 25 Maii 1753 (Capialbi 186).

[3]) Promovetur c. reserv. pens. 100 duc. illius mon. ad 25 annos duraturae ad favorem capituli et can.orum ipsius eccl. Nuscan. pro manutentione fabricae eiusdem eccl. eiusque s. suppellectilium, c. decr. ... vac. can.tus et praeb. colleg. terrae Baruli dioec. Tranen., perfect. cathedr., repar. dom. epalis, instit. etc. ut supra (AC 34 f. 155); nat. Baruli [Barletta] dioec. Tranen. 18 Dec. 1711, prom. ad ord. pbr.tus 18 Dec. 1734, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 19 Nov. 1753, iam vic. gen. Gravinen. et Compsan. (P. Dat. 130 f. 115 ss.); consecr. Romae 30 Nov. 1753 a patr. Constantinopolitan. (Diario 5679 p. 5); fit ep. solio Pont. assist. 3 Dec. 1753 (S. Br. 3309 f. 187); ob. in resid. 15 Iun. 1788 (P. Dat. 166 f. 396).

[4]) Absolv. a vinc. Lancianen., tr. c. ret. tt. archiep.', c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., vac. benef., quae obtinet, suspenso ... ad obitum, repar. cathedr. et dom. epalis, instr. suppellect., instit. theol. et poenit, erig. mont. piet. (AC 40 f. 283'); nomin. r. Neapolis 16 Dec. 1791 (P. Dat. 166 f. 2a); ob. a. 1797 (Gams 909).

Nyssen.

[1]) Eccl. Nyssen. sita est in Cappadocia Prima sub metrop. Caesarien. (Index Sed. tit. n. 182).

[2]) Promovetur ad Nyssen. et attenta provecta aetate Venceslai archiep. Leopolien. ritus Latini et Samuelis ep. Hebronen. eius suffraganei, deput. in ep. auxiliarem eidem archiep. ad hoc, ut de ipsius licentia atque consensu pontificalia aliaque pastoralia munia in metrop. et dioec. Leopolien. exercere possit, c. disp. ... gradus, c. ret. custodiae Leopolien. ac paroec. eccl. in Brzeźnica et in Zieńków Leopolien. et Camenecen. respective dioec. (AC 37 f. 203); bulla prov. (S. Br. 3804 f. 415 ss.); nat. Adamoviae dioec. Cracovien. 25 Oct. 1730, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 25 Sept. 1745, subdiac.tus 28 Oct. 1751, diac.tus 21 Apr. 1753, pbr.tus 12 Apr. 1758, ad praesens vic. gen. et officialis Leopolien. (P. Cons. 163 f. 88 ss.); ob. a. 1792 (Szostkiewicz 37).

Oëen.

[1]) Eccl. Oëen. sita est in prov. Tripolitana (Index Sed. tit. n. 1342).

[2]) Missionarius in imperio Sinarum, promovetur ad Oëen. c. ind. ... cons. ep. et 2 pbr. (S. Br. 2865 f. 10 ss.); 1 Oct. 1735 deput. coadi. c.f.s. ep.o Myriophytan. in vicariatu apost. Sutchuen. et aliarum prov. montanarum illi finitimarum in regno Sinarum (l. c. f. 19), iuxta decr. S. Congr. Prop. 26 Sept. 1735 emanatum (l. c. f. 12).

Olbanen.

[1]) Eccl. Olbien. sita est in Isauria sub metrop. Seleucen. (Index Sed. tit. n. 914).

[2]) Promovetur ad Olbanen. et deput. coadi. c.f.s. ep.o Aurelianen. (AC 39 f. 136); cf. Aurelianen.

Olinden(sis) seu **de Olinda** *(Olinda)* in America meridionali (Brasilia)[1])

tr. Iosephi Fialho ad S. Salvatoris Bahiae	**Ludovicus** a S. Theresia, O.Carm.Discalc.[2])	3 Sept. 1738	AC 31 f. 187
. . . .	**Franciscus Xaverius** Aranha, fit ep. Thermopylen. et coadi. c.f.s.[3])	11 Febr. 1754	AC 34 f. 188
ob. Francisci X.	**Franciscus** ab Assumptione e Brito, O.E.S.Aug.[4])	8 Mart. 1773	AC 37 f. 220'
tr. Francisci ad Goan.	**Thomas** ab Incarnatione, O.C.S.Aug.[5])	18 Apr. 1774	AC 38 f. 21'
ob. Thomae	**Didacus** a Iesu Jardim, O.S.Hier.[6])	14 Febr. 1785	AC 40 f. 19'
tr. Didaci ad Elven.	**Iosephus Ioachimus** da Cunha Azevedo Coutinho[7])	12 Sept. 1794	AC 41 f. 131

Olomucen(sis) *(Olmütz, Olomouc)* in Moravia.[1]) Ab a. 1777 metrop.

ob. card. von Schrattenbach	**Iacobus Ernestus** von Lichtenstein, ep. Seccovien.[2])	26 Ian. 1739	AC 31 f. 205'
tr. Iacobi E. ad Salisburgen.	**Ferdinandus Iulius** von Troyer[3])	28 Mart. 1746	AC 33 f. 18'
ob. card. Troyer	**Leopoldus Fridericus** von Egkh-Hungersbach[4])	2 Oct. 1758	AC 35 f 155

Olinden.

[1]) A. 1753: Civ. Olinden. sita est in America meridionali, sub dominio temporali regis fidel.; eccl. cathedr. sub invocatione S.mi Salvatoris suffrag. metrop. S. Salvatoris Bahiae; in capitulo sunt 5 dign. et 9 can.tus; ep. habet congruam 1600 circ. scut. a rege fidel. subministratam; in civ. sunt 2 eccl. paroec., 5 conventus virorum, 1 mon. monialium (P. Cons. 144 f. 97 ss.); taxa 116 2/3 (AC 34 f. 188).

[2]) Promovetur c. disp. ... gradus, c. ind. ... cons. ep. et 2 dign., c. decr. ... repar. cathedr., instit. sem., erig. mont. piet. (AC 31 f. 187); nat. in civ. Ulixbonen., bapt. 11 Apr. 1693, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 10 Mart. 1724, subdiac.tus, diac.tus et pbr.tus 11, 19, 25 Mart. 1724, doct. iur. civilis, mag. theol. suae Religionis (P. Cons. 124 f. 607 ss.); praesent. r. Portug. 21 Iul. 1738 (l. c. f. 626); 2 Sept. 1738 ei conc. disp. super quarto voto de non acceptanda dign. (S. Br. 2927 f. 124); revocatus a rege Portug. a. 1754 (A. Cons. 1754 f. 40); ob. 17 Nov. 1757 (Almeida III pars 2, 1047).

[3]) Promovetur ad Thermopylen. et de consensu regis fidel. deput. coadi. c.f.s. Ludovico ep. Olinden., etiam eiusdem Ludovici consensu non accedente, immo eo quoque invito et repugnante, c. ret. decanatus Miranden. durante coadiutoria, c. assign. congruae ex regio aerario persolvendae, c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. in Indiis, loco success. instit. sem., erig. mont. piet. (AC 34 f. 188); nat. in loco de Arronches dioec. Portalegren., bapt. 14 Apr. 1692, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 10 Dec. 1710, subdiac.tus 17 Dec. 1718, diac.tus 21 Dec. 1720, pbr.tus 24 Aug. 1721, bacc. iur. can. univ. Colimbrien., vic. gen. et provisor Miranden. (P. Cons. 144 f. 92 ss.; Lisbona 61); consensus r. fidel. 7 Dec. 1753 (A. Cons. 1754 f. 42); consecr. in civ. Ulixbonen. 21 Iul. 1754 ab archiep. Lacedaemonien. (P. Cons. 144 f. 95); ob. 5 Oct. 1771 (P. Cons. 165 f. 159').

[4]) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. in Indiis, c. decr. ... repar. dom. epalis, instit. theol. et poenit. et sem., erig. mont. piet. (AC 37 f. 220'); nat. in loco de Dica dioec. Mariannen., bapt. 22 Iun. 1726, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 19 Dec. 1749, subdiac.tus et diac.tus 21, 27 Dec. 1749, pbr.tus 12 Iul. 1750, professus prov. Portugalliae, mag. theol. 19 Oct. 1771, lect. theol. per 12 annos (P. Cons. 165 f. 145 ss.); praesent. r. fidel. 29 Dec. 1772 (l. c. f. 154); consecr. in civ. Ulixbonen. 3 Oct. 1773 (Lisbona 60); tr. ad Goan. 20 Dec. 1773.

[5]) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. in Indiis, c. decr. ... repar. cathedr., perfect. dom. epalis, instit. theol. et poenit. ac sem., erig. mont. piet. (AC 38 f. 21'); nat. in civ. S. Salvatoris Bahiae, bapt. 25 Iun. 1723, in saeculo vocatus «Antonius da Costa Lima», charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 3 Oct. 1739, subdiac.tus et diac.tus 21, 28 Apr. 1748, pbr.tus 1 Maii 1748, mag. theol. univ. Colimbrien., prof. emeritus theol. suae Congr., praef. studiorum regii coll. Mafrensis (P. Cons. 166 f. 219 ss.); praesent. r. fidel. 15 Oct. 1773 (l. c. f. 223); ob. 14 Ian. 1784 (P. Cons. 186 f. 173).

[6]) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. in Indiis, c. decr. ... repar. dom. epalis, instit. etc. ut supra (AC 40 f. 19'); nat. in loco de Sabara dioec. Mariannen., aet. 53 circ. an., charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. et subdiac.tus 8, 9 Mart. 1754, diac.tus 18 Mart. 1754, pbr.tus 13 Apr. 1754, mag. theol. univ. Colimbrien. 4 Oct. 1757, lect. theol. per 12 annos, actualis abb. gen. suae Religionis (P. Cons. 186 f. 161 ss.); praesent. a regina fidel. 1 Sept. 1784 (l. c. f. 166); consecr. in civ. Ulixbonen. 17 Apr. 1785 ab archiep. Lacedaemonien. (Iuramenta 8 f. 365); tr. ad Elven. 21 Febr. 1794.

[7]) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. in Indiis, c. decr. ... vac. archidiac.tus S. Sebastiani Rivi Ianuarii, constr. dom. epalis, instit. sem., erig. mont. piet. (AC 41 f. 131); nat. in dioec. S. Sebastiani Rivi Ianuarii, bapt. m. Iun. 1742, prom. ad ord. subdiac.tus 11 Sept. 1785, diac.tus et pbr.tus 24, 25 Iun. 1786, lic. iur. can. univ. Colimbrien. 30 Iul. 1785, ab aliquibus annis uti capituli cathedr. S. Sebastiani Rivi Ianuari procurator in civ. Ulixbonen. commorans, deputatus S. Inquisitionis (P. Cons. 197 f. 273 ss.); praesent. a regina fidel. 9 Iul. 1794 (l. c. f. 282); tr. ad Elven 6 Oct. 1806 (AC 50 f. 363); 11 Sept. 1818 deput. inquisitor gen. regnorum Portugalliae et Algarbiorum (S. Br. 4636 n. 94); dim. Elven. ante 20 Maii 1820 (Ep. ad Princ. 223 f. 33' s.); ob. 12 Sept. 1821 (Gams 98).

Olomucen.

[1]) A. 1746: Civ. Olomucen. sita in marchionatu Moraviae inhabitatur a 13000 circ. christifidelium, sub dominio temporali imperatricis tamquam reginae Bohemiae et marchionissae Moraviae; eccl. cathedr. sub invocatione S. Wenceslai immed. subi. S. Sedi; in capitulo sunt 4 dign. et 14 can.tus capitulares; valor ann. fr. mens. epalis 150000 et ultra flor. illius mon.; in civ. sunt 3 eccl. paroec., 7 conventus virorum, 3 mon. monialium (P. Cons. 133 f. 250' s.); taxa 3500 flor. (AC 33 f. 18'). - 5 Dec. 1777 cathedr. Olomucen. in metrop. erigitur (bulla erectionis Cons. 1778 pars I f. 58 ss.).

[2]) Confirm. el. facta a capitulo et can.is Olomucen. de pers. Iacobi E. ep. Seccovien., qui absolv. a vinc. Seccovien., tr. c. suppletione omnium defectuum, si qui quomodolibet in ipsa electione intervenerint, c. ret. can.tus et praeb. Salisburgen., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, instit. theol. et poenit. et sem., erig. mont. piet. (AC 31 f. 205'); el. a capitulo Olomucen. 11 Oct. 1738 (P. Cons. 125 f. 451); tr. ad Salisburgen. 13 Sept. 1745.

[3]) Confirm. el. a capitulo et can.is Olomucen. facta de pers. Ferdinandi I., c. suppletione omnium defectum etiam substantialium, c. decr. ... vac. scholastria et can.tus ac praeb. Olomucen., instit. etc. ut supra (AC 33 f. 18'); nat. Oeniponti dioec. Brixinen., bapt. 26 Ian. 1698, charactere cler. insign. 31 Ian. 1711, prom. ad ord. min. 8 Sept. 1711, subdiac.tus 4 Mart. 1719, diac.tus 24 Febr. 1720, pbr.tus 21 Dec. 1720, alumnus coll. Germanici de Urbe, doct. theol. (P. Cons. 133 f. 524 ss.); el. a capitulo Olomucen. 9 Dec. 1745 (l. c. f. 554 ss.); creatur card. 10 Apr. 1747 (cf. S.R.E. card. II, 31).

[4]) Confirm. el. a capitulo et can.is Olomucen. facta de pers. Leopoldi Fr., c. suppletione omnium defectuum etiam substantialium, si qui quomodolibet in ipsa electione intervenerint, c. ret. praepos. colleg. S. Mauritii de Cremsier nunc. dioec. Olomucen., c. decr. ... vac. abbatia S. Catharinae et decanatus ac praeb. Olomucen., instit. etc. ut supra (AC 35 f. 155); bulla prov. (S. Br. 3657 f. 163 ss.); nat. Hamburgi 14 Maii 1696, pbr., doct. theol. in academia S.I. Olomucii 29 Dec. 1735, iam parochus Miglicen. in Moravia, deinde can., vic. gen. et officialis, vic.

ob. Leopoldi F.	**Maximilianus** von Hamilton [5])	17 Aug. 1761	AC 35 f. 341'
ob. Maximiliani	**Antonius Theodorus** von Colloredo [6])	30 Mart. 1778	AC 39 f. 6

Oloren(sis) *(Oloron, Oloron-Sainte-Marie)* in Gallia [1])

dim. Iosephi de Revol	**Ioannes Franciscus** de Chatillard de Montillet [2])	27 Iul. 1735	AC 31 f. 64
dim. Ioannis F.	**Franciscus** de Revol [3])	9 Iul. 1742	AC 32 f. 96
ob. Francisci	**Ioannes Bapt. Augustus** de Villoutreys de Faye [4])	18 Iul. 1783	AC 39 f. 261

Olympen(a) *(Olympus)* in Lycia, tit.[1])

ob. Ioannis B. Senzasoni	**Ioannes Cosmas** da Cunha, O.C.S.Aug., fit coadi. c.f.s. Leirien.[2])	28 Mart. 1746	AC 33 f. 16'
certo modo	**Iosephus** Billard, O.S.B.[3])	10 Apr. 1747	AC 33 f. 107'

Oppiden(sis) *(Oppido Mamertina)* in Italia inferiore [1])

dim. Iosephi M. Perrimezzi	**Leo Lucas** Vita [2])	15 Febr. 1734	AC 31 f. 10
ob. Leonis L.	**Ferdinandus** Mandarini, ep. Strongolen.[3])	29 Ian. 1748	AC 33 f. 179
ob. Ferdinandi	**Nicolaus** Spedalieri, ep. Marturanen.[4])	29 Ian. 1770	AC 37 f. 48'
ob. Nicolai	**Alexander** Tommasini [5])	26 Mart. 1792	AC 40 f. 316

---

capitularis Olomucen. (Vienna, Proc. n. 468); el. a capitulo Olomucen. 27 Apr. 1758 (l. c.); ob. 15 Dec. 1760 (A. Cons. 1761 pars I f. 466).

[5]) Confirm. el. a capitulo et can.[ls] Olomucen. facta de pers. Maximiliani, c. decr. ... vac. can.[tus] et praeb. Olomucen., instit. etc. ut supra (AC 35 f. 341'); nat. Monachii in Bavaria dioec. Frisingen. 17 Mart. 1714, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 26 Maii 1729, subdiac.[tus], diac.[tus] et pbr.[tus] 3, 10, 17 Aug. 1738, vic. gen. et capitularis Olomucen. (Vienna, Proc. n. 484); el. a capitulo Olomucen. 4 Mart.1761 (l. c.); doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 4 Sept. 1737 (Cons. 1761/1762 f. 31); ob. 31 Oct. 1776 (A. Cons. 1777 pars III f. 203).

[6]) Confirm. el. a capitulo et can.[ls] Olomucen. facta, c. ret. ad quinquennium praepos. colleg. Cremsirien. dioec. Olomucen., c. decr. ... vac. decanatus et can.[tus] ac praeb. Olomucen., repar. metrop., instit. theol. et poenit., erig. mont. piet. (AC 39 f. 6); conc. Pallium 30 Mart. 1778 (l. c. f. 9'); nat. Viennae in Austria, bapt. 17 Iul. 1729, prom. ad ord. subdiac.[tus], diac.[tus] et pbr.[tus] 6, 15, 20 Aug. 1758, doct. iur. utr. univ. Patavin. 3 Mart. 1752 (P. Cons. 176 f. 80 ss.); el. a capitulo Olomucen. 6 Oct. 1777 (A. Cons. 1777 pars III f. 209'); creatur card. 17 Ian. 1803 (AC 49 f. 424); ob. 12 Sept. 1811 (P. Cons. 211 f. 500).

Oloren.

[1]) A. 1742: Civ. Oloren. inhabitatur ab 8000 circ. incolarum, sub dominio temporali ep.[i] et capituli; eccl. cathedr. sita est in suburbio civ. Oloren. S. Mariae sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Auxitan.; in capitulo sunt 12 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 9000 libr. Turonen.; in civ. sunt 2 eccl. paroec., 2 conventus virorum, 1 mon. monialium; dioec. continet 150 parochias (P. Cons. 129 f. 492' s.); taxa 600 flor. (AC 32 f. 96). - Eccl. Oloren. supprimitur 29 Nov. 1801 (S. Br. 4702 n. 2).

[2]) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. ret. compat., c. reserv. pens. 2000 libr. Turonen. pro pers. nominata super mensae epalis Oloren. fructibus, c. decr. ... prof. fidei, repar. dom. epalis, instit. poenit., erig. mont. piet. (AC 31 f. 64); nat. in dioec. Gebennen., aet. 34 an., pbr., doct. theol. fac. Burdegalen., vic. gen. Oloren. (P. Cons. 121 f. 380 ss.); nomin. r. X[mo] 1 Maii 1735 (l. c. f. 381); consecr. 2 Oct. 1735 (P. Cons. 129 f. 70); dim. 6 Iul. 1742 (P. Dat. 119 f. 98 ss.); promovetur ad Auxitan. 9 Iul. 1742.

[3]) Promovetur eique iniungitur ... extens. regaliae, c. ret. compat., c. decr. ... repar. etc. ut supra (AC 32 f. 96); nat. in castello de Terrebasse dioec. Viennen. in Delphinatu, aet. 27 an., pbr., doct. theol. fac. Parisien., vic. gen. Oloren. (P. Cons. 129 f. 486 ss.); nomin. r. X[mo] 2 Apr. 1742 (l. c. f. 487); ob. 25 Apr. 1783 (Jean 89).

[4]) Promovetur c. ret. compat., c. decr. ... prof. fidei, instit. poenit., erig. mont. piet. (AC 39 f. 261); nat. in castello de Faye nunc. dioec. Lemovicen., aet. 44 an., pbr., lic. theol. fac. Parisien., a 20 annis vic. gen. Tolosan. (P. Cons. 183 f. 446 ss.); nomin. r. X[mo] 18 Maii 1783 (l. c. f. 450); ob. Parisiis 12 Mart. 1792 (Jean 89).

Olympen.

[1]) Eccl. Olympen. sita est in Lycia sub metrop. Myren. (Index Sed. tit. n. 423).

[2]) Promovetur ad Olympen. et deput. coadi. c.f.s. ep.[o] Leirien. (AC 33 f. 16'); cf. Leirien.

[3]) Promovetur c. ret. prioratus simplicis S. Viviani de Bréville dioec. Sanctonen. et mon. B. Mariae de Janduriis O.Praem. dioec. Tullen. (AC 33 f. 107'); bulla prov. (S. Br. 3397 f. 234 ss.); nat. in civ. Gratianopolitan., aet. 51 an., pbr., doct. theol. univ. Valentinen., a 15 annis et ultra eleemos. et concionator ordinarius regis et reginae Poloniae, a 2 annis vic. gen. Bellicen. (P. Cons. 135 f. 339 ss.).

Oppiden.

[1]) A. 1748: Civ. Oppiden. sita in Calabria ulteriore inhabitatur a 2000 circ. incolarum; eccl. cathedr. sub invocatione Annuntiationis B.M.V. suffrag. metrop. Reginen.; in capitulo sunt 6 dign. et 14 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 1700 circ. duc. illius mon.; in civ. sunt 3 conventus virorum; dioec. continet 16 loca (P. Dat. 125 f. 23 ss.); taxa 33 1/3 flor. (AC 33 f. 179).

[2]) Promovetur c. reserv. pens. 600 duc. illius mon. pro Iosepho M. ep. dimittente, c. decr. ... vac. omnia benef. quae obtinet, suspenso ... ad obitum, instit. theol. (AC 31 f. 10); nat. in loco de Monteleone dioec. Mileten. 27 Dec. 1688, prom. ad ord. pbr.[tus] 11 Mart. 1713, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 15 Iul. 1713, fit prot. apost. 7 Mart. 1719, per quinquennium et ultra vic. gen. Senogallien. (P. Dat. 111 f. 33 ss.); consecr. Romae 21 Febr. 1734 a card. Caraffa (Diario 2586 p. 2 s.); fit ep. solio Pont. assist. 20 Iun. 1746 (S. Br. 3126 f. 358); ob. in resid. 24 Oct. 1747 (P. Dat. 125 f. 24).

[3]) Absolv. a vinc. Strongolen., tr. c. reserv. pens. 100 scut. mon. Rom. pro pers. nominandis, c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., instr. suppellect. (AC 33 f. 179); fit ep. solio Pont. assist. 13 Iun. 1755 (S. Br. 3334 f. 34); ob. in resid. 9 Nov. 1769 (P. Dat. 147 f. 10).

[4]) Absolv. a vinc. Marturanen., tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., vac. benef. quae obtinet, suspenso ... ad obitum (AC 37 f. 48'); fit ep. solio Pont. assist. 18 Mart. 1770 (S. Br. 3695 f. 29); ob. in loco de Guardavalle 5 Apr. 1783 (Capialbi 76),

[5]) Promovetur c. decr. ... vac. archidiac.[tus] Reginen., constr. cathedr. et dom. epalis, instr. suppellect., instit. sem., erig. mont. piet. (AC 40 f. 316); bulla prov. (S. Br. 4384 f. 127 ss.); nat. in loco de Diminniti dioec. Reginen., bapt. 9 Febr. 1753, prom. ad ord. pbr.[tus] 19 Dec. 1778, doct. theol. univ. Neapolitan., iam oeconomus curatus, deinde parochus civ. Reginen., exam. synodalis et convisitator dioec. Reginen. (P. Dat. 165 f. 416 ss.); nomin. r. Neapolis 20 Ian. 1792 (l. c. f. 1a); consecr. in cathedr. Tusculan. 10 Apr. 1792 a card. duce Eboracen. (Diario 1804 p. 22); tr. ad Reginen. 25 Maii 1818 (AC 52 f. 92); ob. 18 Sept. 1826 (Capialbi 19).

Orien(sis) *(Oreus)* in Graecia seu Hellade Prima, tit.[1])

certo modo	**Paulus Antonius** Nerini, Congr.Barn.[2])	16 Nov. 1753	S. Br.
ob. Pauli A.	**Ioannes Bapt.** Jesich, fit coadi. c.f.s. Segnien. et Modrusien.[3])	15 Dec. 1788	AC 40 f. 160'
certo modo	**Ioannes** Chisholm[4])	8 Nov. 1791	S. Br.

Oriolen(sis) *(Orihuela)* in Hispania[1])

tr. Iosephi Flórez ad Conchen.	**Ioannes Elias** Gómez de Terán[2])	5 Maii 1738	AC 31 f. 162
ob. Ioannis E.	**Iosephus** de Rada y Aguirre[3])	3 Mart. 1760	AC 35 f. 261
ob. Iosephi	**Petrus** Albornoz y Tapies[4])	15 Dec. 1760	AC 35 f. 299'
ob. Petri	**Iosephus** Tormo, ep. Tricomien.[5])	1 Iun. 1767	AC 36 f. 273'
ob. Iosephi	**Antonius** Despuig y Dameto[6])	26 Sept. 1791	AC 40 f. 267
tr. Antonii ad Valentin.	**Franciscus Xaverius** Cabrera[7])	1 Iun. 1795	AC 41 f. 198
tr. Francisci X. ad Abulen.	**Franciscus** Cebrián y Valda[8])	24 Iul. 1797	AC 41 f. 429

Oritan(a) v. **Uritan(a)**

Oropien(sis) *(Oropi)* in Cilicia Secunda, tit.[1])

ob. Orontii Alfarano-Capece	**Richardus** O'Reilly, fit coadi. c.f.s. Kildarien.[2])	20 Iun. 1781	S. Br.
ob. Richardi	**Henricus** de la Chambre d'Urgons[3])	17 Dec. 1787	AC 40 f. 114'

Orien.

[1]) Eccl. Orien. sita est in Graecia seu Hellade Prima sub metrop. Athenien. (Index Sed. tit. n. 37).

[2]) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 pbr. saec. vel reg. (S. Br. 3287 f. 1 ss.), iuxta decr. S. Congr. Prop. 30 Ian. 1753 emanatum et a S.S. 4 Nov. approbatum (l. c. f. 9); 17 Nov. 1753 deput. vic. apost. regnorum Avae et Pegu aliorumque regnorum et regionum regis Avae dominio subiectorum (l. c. f. 7); ob. martyr a. 1756 (Gams 122).

[3]) Promovetur ad Orien. et deput. coadi. c.f.s. ep.° Segnien. et Modrusien. (AC 40 f. 160'); cf. Segnien. et Modrusien.

[4]) Pbr. saec., promovetur ad Orien. (S. Br. 4197 f. 1 ss.) iuxta decr. S. Congr. Prop. 19 Sept. 1791 emanatum et a S.S. 25 Sept. approbatum (l. c. f. 11); 8 Nov. 1791 deput. coadi. c.f.s. Alexandro ep. Polemonien. in vicariatu apost. partium septemtrionalium regni Scotiae (l. c. f. 9 ss.); ob. 8 Iul. 1814 (Brady III, 467).

Oriolen.

[1]) A. 1760: Civ. Oriolen. sita in regno Valentiae inhabitatur a 6000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione S.^{mi} Salvatoris suffrag. metrop. Valentin.; in capitulo sunt 6 dign. et 14 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 25000 petiarum illius mon.; in civ. sunt 2 eccl. paroec. et multa utriusque sexus monasteria (P. Cons. 149 f. 382'); taxa 1200 flor. (AC 35 f. 299').

[2]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 2254 duc. auri de Camera pro pers. nominandis, non exced. ... 3^{am} fr., c. decr. ... instit. sem., erig. mont. piet. (AC 31 f. 162); nat. Matriti dioec. Toletan. 20 Iul. 1688, pbr., doct. theol. (P. Cons. 124 f. 629 ss.); consecr. Matriti 29 Iun. 1738 ab archiep. Nicaen. (l. c. f. 635); ob. 9 Oct. 1758 (Gams 56).

[3]) Praesent. r. cath., promovetur c. ret. compat., c. reserv. pens. usque ad summam 2254 duc. etc. ut supra, c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 35 f. 261); nat. in loco de Castro-Urdiales dioec. Santanderien., bapt. 27 Iun. 1712, pbr., doct. theol. (P. Cons. 149 f. 373 ss.); ob. 13 Maii 1760 (Gams 56).

[4]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 4143 duc. auri de Camera et 9 iuliorum mon. Rom. computatis antiquis pro pers. nominandis, non exced. ... 3^{am} fr., c. decr. ... vac. can.^{tus} et praeb. Valentin., erig. mont. piet. (AC 35 f. 299'); nat. in civ. Valentin. 16 Febr. 1702, pbr., doct. iur. utr. univ. Valentin., officialis et vic. gen. Valentin. (P. Cons. 149 f. 386 ss.); fit ep. solio Pont. assist. 20 Mart. 1763 (S. Br. 3545 f. 559); ob. 22 Ian. 1767 (Gams 56).

[5]) Absolv. a vinc. Tricomien., praesent. r. cath., tr. c. reserv. pens. usque ad summam 3984 duc. auri de Camera et 5 ½ iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3^{am} fr., c. ret. compat., c. decr., quod officium suffraganei Valentin. eiusque congruae assignatio et can.^{tus} ac praeb. Valentin. per huiusmodi translationem cessent et respective vacent eo ipso, erig. mont. piet. (AC 36 f. 273'); ob. 26 Nov. 1790 (España Sagrada 51, 305).

[6]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 6900 duc. auri de Camera et 3 ½ iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3^{am} fr., c. decr. ... vac. locus inter causarum S. Pal. Apost. auditores ac thesauraria et can.^{tus} ac praeb. Maioricen., erig. mont. piet. (AC 40 f. 267); bulla prov. (S. Br. 4383 f. 143 ss.); nat. in loco de Palma in insula Maioricen. 30 Mart. 1745, prom. ad ord. pbr.^{tus} 3 Iul. 1774, doct. iur. can. univ. Maioricen. 1 Iun. 1779, iam Maioricae vic. gen. exercituum regis cath. atque iudex conservator Militaris Ord. S. Ioannis Hierosolymitani, ad praesens pro Aragoniae regno aud. S. Rom. Rotae (P. Dat. 164 f. 183 ss.); consecr. Romae 29 Sept. 1791 a card. de Zelada (P. Cons. 199 f. 479'); tr. ad Valentin. 1 Iun. 1795.

[7]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. 7268 duc. auri de Camera et 1 ½ iulii mon. Rom. etc. ut supra, c. decr. ... vac. decanatus Pacen., erig. mont. piet. (AC 41 f. 198); nat. in civ. Pacen. 9 Dec. 1728, pbr., doct. iur. can., iam vic. capitularis Pacen. (P. Cons. 199 f. 149 ss.); consecr. Matriti m. Aug. 1795 ab archiep. Valentin. (P. Cons. 201 f. 2); tr. ad Abulen. 24 Iul. 1797.

[8]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 7268 duc. auri de Camera et 2 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3^{am} fr., c. decr. ... vac. can.^{tus} ac praeb. Valentin., erig. mont. piet. (AC 41 f. 429); nat. in loco de San Felipe 19 Febr. 1734, pbr., doct. iur. utr. univ. Valentin., iam cathedraticus et rector eiusdem univ., vic. gen. et capitularis Valentin. (P. Cons. 201 f. 501 ss.); dim. 7 Iul. 1815 (P. Dat. 177 f. 351); promovetur ad patriarchatum Indiarum Occid. 10 Iul. 1815 (AC 51 f. 95); creatur card. 23 Sept. 1816 (l. c. f. 225); ob. 8 Febr. 1820 (Gams 138).

Oropien.

[1]) Eccl. Oropien. sita est in Cilicia Secunda sub metrop. Anazarben. (Baudrand II, 61; Annuaire Pont. 1916, 460).

[2]) Promovetur ad Oropen. et deput. coadi. c.f.s. ep.° Kildarien. (S. Br. 3957 f. 27 ss.); cf. Kildarien.

[3]) Promovetur c. ret. omnium quae obtinet (AC 40 f. 114'); bulla prov. (S. Br. 4379 f. 138 ss.); nat. in dioec. Aquen. [Dax], aet. 39 an., pbr., lic. theol. univ. Tolosan., can., archidiac. maior et vic. gen. Meten.

Orthosien(sis) *(Orthosias)* in Caria, tit.[1]

certo modo	**Antonius** Vigliaroli, fit suffrag. Ostien. et Veliternen.[2])	14 Mart. 1768	AC 36 f. 327'
ob. Antonii	**Antonius** Bucci[3])	16 Dec. 1782	AC 39 f. 234'
ob. Antonii	**Iosephus** Giedrojć, fit coadi. c.f.s. Samogitien.[4])	11 Apr. 1791	AC 40 f. 244

Ortonen(sis) *(Ortona a Mare)* et **Camplen(sis)** *(Campli)* in Italia inferiore, insimul unitae[1])

ob. Iosephi Falconio	**Ioannes** Romano[2])	11 Sept. 1730	AC 30 f. 29'
tr. Ioannis ad Cathacen.	**Marcus Antonius** Amalfitani[3])	26 Sept. 1735	AC 31 f. 67
ob. Marci A.	**Dominicus** de Dominicis[4])	27 Ian. 1766	AC 36 f. 134'
ob. Dominici	**Antonius** Cresi[5])	26 Mart. 1792	AC 40 f. 310

Oscen(sis) *(Huesca)* in Hispania[1])

ob. Petri G. de Padilla	**Lucas** de Cuartas y Oviedo[2])	27 Iul. 1735	AC 31 f. 63
ob. Lucae	**Placidus** Baylés y Padilla, O.E.S.Aug.[3])	3 Mart. 1738	AC 31 f. 156
tr. Placidi ad Placentin.	**Antonius** Sánchez Sardinero[4])	11 Mart. 1743	AC 32 f. 150'
ob. Antonii	**Paschalis** López, ep. Iacen.[5])	15 Apr. 1776	AC 38 f. 137'

(P. Cons. 188 f. 253 ss.); fit auxiliaris Meten. (l. c. f. 255); adhuc inter vivos a. 1802 (Jean 409).

Orthosien.

[1]) Eccl. Orthosien. sita est in Caria sub metrop. Stauropolitan. (Index Sed. tit. n. 460).

[2]) Promovetur ad Orthosien. et deput. suffrag. Ostien. et Veliternen. ad pontif., c. decr. ... vac. benef. quae obtinet, suspenso ... ad obitum (AC 36 f. 327'); bulla prov. (S. Br. 3667 f. 81 ss.); nat. in terra de Stilo dioec. Squillacen., aet. 58 an. circ., prom. ad ord. pbr.tus 30 Maii 1733, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 12 Maii 1742, iam rector et lect. sem. Setin., deinde vic. gen. Terracinen., Setin. et Privernen., Ferentin., Tiburtin., Albanen., ad praesens vic. gen. Veliternen. (P. Dat. 145 f. 43 ss.); consecr. Romae 20 Mart. 1768 a card. Rossi (Diario 7917 p. 7).

[3]) Promovetur c. decr. ... prof. fidei, vac. benef. quae obtinet, suspenso ... ad obitum (AC 39 f. 234'); bulla prov. (S. Br. 4374 f. 47 ss.); nat. in terra Cryptaliarum [Grottaglie] dioec. Tarentin. 11 Febr. 1717, pbr. a. 1740, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 24 Apr. 1747, iam vic. gen. Cassanen., destinatus vic. gen. Neapolitan. (P. Dat. 158 f. 111 ss.); consecr. in metrop. Neapolitan. 1 Iun. 1783 ab archiep. Neapolitan. (Iuramenta 8 f. 369).

[4]) Promovetur ad Orthosien. et deput. coadi. c.f.s. ep.° Samogitien. (AC 40 f. 244); cf. Samogitien.

Ortonen. et Camplen.

[1]) A. 1792: Civ. Ortonen. et Camplen. sitae in Aprutiis inhabitantur a 5000 et 4000 respective incolarum, sub dominio temporali regis Neapolis; eccl. cathedr. Ortonen. sub invocatione S. Thomae suffrag. metrop. Theatin., cathedr. Camplen. sub invocatione Assumptionis B.M.V. immed. subi. S. Sedi; in capitulo Ortonen. sunt 1 dign. et 16 can.tus, in capitulo Camplen. 1 dign. et 15 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis unitae 1300 circ. duc. illius mon.; in civ. Ortonen. sunt 6 conventus virorum et 1 mon. monialium, in civ. Camplen. 3 eccl. paroec., quarum 2 colleg., 5 conventus virorum, 1 mon. monialium; dioec. unita continet 29 circ. loca (P. Dat. 165 f. 430' ss.); taxa 140 flor. (AC 40 f. 310). - 27 Iun. 1818 eccl. Ortonen. et Camplen. supprimuntur earumque territoria dioec. Lancianen. respective Aprutin. adiunguntur (S. Br. 4713 n. 26).

[2]) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef., suspenso ... ad obitum, perfect. cathedr. Ortonen., instit. theol. et poenit. Camplen., erig. sem. in eadem civ. et mont. piet. in civ. Ortonen. (AC 30 f. 29'); bulla prov. (S. Br. 2964 f. 116 ss.); nat. in loco de Simbario dioec. Squillacen., bapt. 6 Febr. 1669, prom. ad ord. pbr.tus 14 Febr. 1693, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 31 Oct. 1695, iam vic. gen. abbatiae Ferentilli ad capitulum Lateranen. spectantis, deinde vic. gen. Tusculan. (P. Dat. 107 f. 53 ss.); consecr. Romae 29 Sept. 1730 a card. Althan (Diario 2053 p. 10); tr. ad Cathacen. 26 Sept. 1735.

[3]) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef. quae obtinet, suspenso ... ad obitum, perfect. etc. ut supra (AC 31 f. 67); nat. Castrimonardi dioec. Mileten. 8 Ian. 1679, prom. ad ord. pbr.tus 23 Apr. 1707, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 20 Apr. 1715, fit vic. gen. Portuen. et S. Rufinae 22 Maii 1731 (P. Dat. 112 f. 141 ss.); consecr. Romae 2 Oct. 1735 a card. Caraffa (Diario 2837 p. 3); fit ep. solio Pont. assist. 24 Sept. 1742 (S. Br. 3048 f. 23); ob. 11 Nov. 1765 (Gams 910).

[4]) Promovetur c. decr. ... vac. can.tus et poenit. praeb. Ferentin., repar. cathedr. Ortonen., instit. sem. in civ. Ortonen., erig. mont. piet. (AC 36 f. 134'); nat. in loco de Roccamonfina dioec. Theanen. 31 Oct. 1711, prom. ad ord. pbr.tus 18 Dec. 1734, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 25 Ian. 1766, lect. theol., iam pro-vic. gen. et rector sem. epalis Ferentin. (P. Dat. 143 f. 19 ss.); consecr. Romae 9 Febr. 1766 a card. Rossi (Arch. Caer. 606 p. 243); ob. 8 Mart. 1791 (Gams 910).

[5]) Promovetur c. decr. ... vac. archidiac.tus Aquilan., repar. utriusque cathedr. et dom. epalis, instr. suppellect., instit. sem. in civ. Camplen., erig. mont. piet. in utraque civ. (AC 40 f. 310); nat. in civ. Aquilan., bapt. 1 Sept. 1733, prom. ad ord. pbr.tus 24 Sept. 1757, doct. theol. univ. Neapolitan. 16 Maii 1768, iam can. poenit., exam. synodalis et vic. gen. Aquilan., ad praesens vic. capitularis eiusdem eccl. (P. Dat. 165 f. 430 ss.); nomin. r. Neapolis 20 Ian. 1792 (l. c. f. 1a); consecr. Romae 9 Apr. 1792 a card. Valenti Gonzaga (Diario 1804 p. 19 s.); ob. 22 Sept. 1804 (Gams 910).

Oscen.

[1]) A. 1775: Civ. Oscen. sita est in regno Aragoniae, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione Iesu Nazareni suffrag. metrop. Caesaraugustan.; in capitulo sunt 9 dign. et 20 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 13000 circ. duc. illius mon.; in civ. sunt 3 eccl. paroec., 10 circ. conventus virorum, 6 mon. monialium; dioec. continet 180 circ. parochias (P. Cons. 171 f. 290 ss.); taxa 2600 flor. (AC 38 f. 137').

[2]) Promovetur c. disp. ... gradus, c. reserv. pens. usque ad summam 1180 duc. auri de Camera et 3 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3am fr., c. decr. ... prof. fidei, vac. abbatia colleg. de Santander nunc. nullius dioec. prov. Burgen., erig. mont. piet. (AC 31 f. 63); nat. in loco de Almagro dioec. Toletan. 26 Nov. 1683, prom. ad ord. pbr.tus 12 Iun. 1718, iam inquisitor loci de Llerena (P. Dat. 112 f. 115 ss.); praesent. r. cath. 31 Mart. 1735 (l. c.); ob. 1 Dec. 1736 (P. Cons. 124 f. 650').

[3]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 1180 duc. auri de Camera et 3 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3am fr., c. decr. ... repar. dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 31 f. 156); nat. in loco de Antequera dioec. Malacitan. 5 Oct. 1682, pbr., mag. theol., prior, definitor, provincialis prov. Andalusiae (P. Cons. 124 f. 644 ss.); tr. ad Placentin. 26 Nov. 1742.

[4]) Praesent. r cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 1224 duc. auri de Camera pro pers. nominandis, non exced. ... 3am fr., c. decr. ... vac. can.tus et praeb. ac thesauraria Granaten., erig. mont. piet. (AC 32 f. 150'); nat. in oppido de Talavera 30 Apr. 1702, pbr., doct. theol. (P. Cons. 130 f. 578 ss.); consecr. in civ. Corduben. 8 Mart. 1744 ab ep. Corduben. (l. c. f. 591); ob. 5 Maii 1775 (Gams 37).

[5]) Absolv. a vinc. Iacen., praesent. r. cath., tr. c. reserv. pens. usque

ob. Paschalis	**Caietanus** de la Peña y Granda 6)	21 Iun.	1790	AC 40 f. 225
ob. Caietani	**Ioannes Franciscus** Armada y Araujo 7)	17 Iun.	1793	AC 41 f. 18
ob. Ioannis F.	**Ioachimus** Sánchez de Cutanda 8)	18 Dec.	1797	AC 41 f. 534

Osnabrugen(sis) *(Osnabrück)* in Germania 1)

Ossorien(sis) *(Ossory)* in Hibernia 1)

certo modo	**Patricius** O'Shea 2)	28 Iul.	1731	S. Br.
ob. ultimi ep.	**Colmanus** O'Shaughnessy, O.P. 3)	5 Oct.	1736	S. Br.
ob. ultimi ep.	**Iacobus** Dunne 4)	17 Dec.	1748	S. Br.
ob. ultimi ep.	**Thomas** de Burgo (Burke), O.P. 5)	9 Ian.	1759	S. Br.
ob. Thomae	**Ioannes Thomas** Troy, O.P. 6)	16 Dec.	1776	S. Br.
tr. Ioannis T. ad Dublinen.	**Ioannes** Dunne 7)	13 Iul.	1787	S. Br.
ob. Ioannis	**Iacobus** Lanigan 8)	10 Iul.	1789	S. Br.

Ostunen(sis) *(Ostuni)* in Italia inferiore 1)

ob. Coni Luchini del Verme	**Franciscus Antonius** Scoppa 2)	15 Maii	1747	AC 33 f. 113
ob. Francisci A.	**Ioannes Bapt.** Brancaccio 3)	27 Febr.	1792	AC 40 f. 297'

---

ad summam 1600 duc. auri de Camera ac 3 ½ iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3am fr., c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 38 f. 137'); ob. 10 Oct. 1789 (Gams 37).

6) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 1619 duc. auri de Camera pro pers. nominandis, non exced. ... 3am fr., c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 40 f. 225); nat. Matriti dioec. Toletan. 28 Nov. 1743, pbr. a. 1769, doct. iur. can. univ. Abulen., provisor civ. Septen., visit. parochiarum in oppido Matriti, vic. eccl.cus eiusdem oppidi (P. Cons. 192 f. 365 ss.); ob. 15 Oct. 1792 (P. Cons. 196 f. 142').

7) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 2387 duc. auri de Camera et 15 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3am fr., c. decr. ... vac. scholastria Aurien., erig. mont. piet. (AC 41 f. 18); nat. in loco de Arnoya dioec. Aurien. 9 Iun. 1728, pbr., doct. theol. univ. Abulen., rector coll. maioris in univ. Caesaraugustan. (P. Cons. 196 f. 132 ss.); consecr. Matriti 17 Nov. 1793 ab archiep. Toletan. (Iuramenta 11 f. 213); ob. 3 Apr. 1797 (P. Cons. 201 f. 517).

8) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. 2682 duc. auri de Camera et 10 ½ iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3am fr., c. decr. ... vac. can.tus et doctoralis praeb. Caesaraugustan., erig. mont. piet. (AC 41 f. 534); nat. in loco de Rubielos dioec. Terulen. 10 Iul. 1745, pbr., doct. iur. utr., gub. archiepatus Caesaraugustan. durante absentia archiep. defuncti (P. Cons. 201 f. 511 ss.); ob. 28 Febr. 1809 (Gams 37).

Osnabrugen.

1) 4 Aug. 1764 per Breve Apostolicum damnatur et reprobatur electio seu postulio a capitulo et can.is Osnabrugen. 27 Febr. 1764 sacrilege et nulliter facta de pers. principis Friderici e Brunsvicensi et Luneburgensi domo pueri acatholici in ep. et principem eccl. Osnabrugen. (S. Br. 3655 f. 512 ss.). 19 Ian. 1765 Clemens PP. XIII Maximiliano Fr. archiep.o Colonien. extraordinarias facultates concedit administrandae eccl. Osnabrugen. (Ep. ad Princ. 161 f. 340 ss.).

Ossorien.

1) Cf. Hierarchia V, 299.

2) Pbr. saec., vic. gen. Ossorien., promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. (S. Br. 2776 f. 17 ss.); nomin. r. Angliae 19 Iul. 1731 (l. c. f. 20); ob. ante 22 Sept. 1736 (S. Br. 2885 f. 2).

3) Mag. theol., exprovincialis prov. Hiberniae, promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. (S. Br. 2885 f. 1 ss.); nomin. r. Angliae 22 Sept. 1736 (l. c. f. 2); ob. 2 Sept. 1748 (W. Carrigan, The history and antiquities of the diocese of Ossory I, Dublin 1905, 153).

4) Pbr. saec., doct. theol., promovetur ad Ossorien. (S. Br. 3175 f. 77 ss.); nomin. r. Angliae 20 Nov. 1748 (S. Br. 3177 f. 18); ob. 30 Apr. 1758 (Carrigan l. c. 157). Iam 1 Mart. 1758 archiep.o Dublinen. conc. fac. nominandi admin. eccl.ae Ossorien. in pers. Iacobi O'Keeffe ep. Kildarien. attenta ep.i Ossorien. absentia a sua eccl. (S. Br. 3382 f. 5).

5) Mag. theol., promovetur ad Ossorien. (S. Br. 3436 f. 6); nomin. r. Angliae 17 Dec. 1758 (l. c. f. 7); consecr. 22 Apr. 1759 ab archiep. Armachan. (Carrigan l. c. 161); ob. 26 Sept. 1776 aet. 67 an. (l. c. 179).

6) Promovetur iuxta decr. S. Congr. Prop. 26 Nov. 1776 emanatum et a S.S. 1 Dec. approbatum (S. Br. 3853 f. 1 ss.); tr. ad Dublinen. 19 Dec. 1786.

7) Pbr. saec., promovetur iuxta decr. S. Congr. Prop. 18 Iun. 1787 emanatum et a S.S. 24 Iun. approbatum (S. Br. 4097 f. 1 ss.); ob. 15 Mart. 1789 aet. 44 an. (Carrigan l. c. 209).

8) Vic. capitularis Ossorien., promovetur iuxta decr. S. Congr. Prop. 22 Iun. 1789 emanatum et a S.S. 25 Iun. approbatum (S. Br. 4143 f. 7 ss.); ob. 11 Febr. 1812 (S. Br. 4576 f. 17).

Ostunen.

1) A. 1747: Civ. Ostunen. sita in prov. Hydruntin. inhabitatur ab 8000 circ. incolarum; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Brundusin.; in capitulo sunt 4 dign. et 20 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 1300 circ. duc. illius mon.; in civ. sunt 2 eccl. paroec., 6 conventus virorum, 2 mon. monialium; dioec. continet 4 loca (P. Dat. 124 f. 48 ss.); taxa 50 flor. (AC 33 f. 113). - 27 Iun. 1818 eccl. Ostunen. supprimitur eiusque territorium dioec. Brundusin. adiungitur (S. Br. 4713 n. 26). - 14 Maii 1821 S.S. suppressionem eccl. Ostunen. revocat., colleg. eccl. civ. Ostunen. supprimit, eandem eccl. de novo in cathedr. erigit illamque in perpetuam admin. moderno et pro tempore existenti archiep. Brundusin. concedit (Collezioni 5 f. 165 ss.).

2) Promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 100 scut. mon. Rom. pro pers. nominandis, c. decr. ... vac. can.tus et praeb. Mileten. ceteraque benef. quae obtinet, suspenso ... ad obitum, repar. dom. epalis, instr. suppellect., erig. mont. piet. (AC 33 f. 113); nat. in terra S. Catharinae dioec. Squillacen. 18 Maii 1713, prom. ad ord. pbr.tus 20 Apr. 1737, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 22 Maii 1734, iam aud. gen., deinde vic. gen. Mileten. (P. Dat. 124 f. 45 ss.); consecr. Romae 23 Maii 1747 a card. Guadagni (Diario 4656 p. 11 s.); fit ep. solio Pont. assist. 24 Maii 1747 (S. Br. 3178 f. 29); ob. 25 Febr. 1782 (L. Pepe, Memorie storico-diplomatiche della chiesa vescovile di Ostuni, Valle di Pompei 1891, 183).

3) Promovetur c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 40 f. 297'); nat. in loco Torre del Greco nunc. dioec. Neapolitan. 1 Iul. 1730, prom. ad ord. pbr.tus 21 Sept. 1754, doct. iur. utr. univ. Neapolitan. 6 Iul. 1758, mag. theol. eiusdem univ. 10 Nov. 1791, iam vic. gen. Capritan., Massalubren., Arianen., Capuan., Cusentin., ad praesens exam. promovendorum ad ord. et ad sacramentales excipiendas confessiones Neapoli et prot. apost. honorarius (P. Dat. 166 f. 425 ss.); nomin. r. Neapolis 16

Oveten (sis) *(Oviedo)* in Hispania [1]

ob. Ioannis Abello	**Gaspar** Vázquez Tablada [2])	19 Iul.	1745	AC 32 f. 325'
ob. Gasparis	**Philippus** Martín Ovejero [3])	22 Iul.	1750	AC 34 f. 18
ob. Philippi	**Ioannes Franciscus** Manrique, ep. Gerren.[4])	1 Apr.	1754	AC 34 f. 193
tr. Ioannis F. ad Placentin.	**Augustinus** González Pisador, ep. Tricomien.[5])	21 Iul.	1760	AC 35 f. 281'
ob. Augustini	**Ioannes** Llano y Ponte, ep. Laren.[6])	26 Sept.	1791	AC 40 f. 266

Oxomen (sis) *(Osma)* in Hispania [1]

ob. Hyacinthi Valledor	**Iosephus** Barnuevo, O.S.B.[2])	24 Iul.	1730	AC 30 f. 14
ob. Iosephi	**Petrus** de la Cuadra y Achiga [3])	11 Apr.	1736	AC 31 f. 89'
tr. Petri ad Burgen.	**Ioannes Antonius** de Oruña [4])	28 Sept.	1744	AC 32 f. 286'
ob. Ioannis A.	**Petrus Clemens** de Aróstegui, archiep. Larissen.[5])	16 Sept.	1748	AC 33 f. 210
ob. Petri C.	**Hyacinthus** Aguado y Chacón, ep. de Arequipa [6])	18 Iul.	1763	AC 35 f. 413'
ob. Hyacinthi	**Bernardus Antonius** Calderón [7])	20 Aug.	1764	AC 36 f. 70'
ob. Bernardi A.	**Ioachimus** de Eleta, archiep. Thebarum [8])	18 Dec.	1786	AC 40 f. 81
ob. Ioachimi	**Iosephus Constantius** de Andino, ep. Albarracinen.[9])	29 Mart.	1790	AC 40 f. 217
ob. Iosephi C.	**Didacus** Melo de Portugal, O.E.S.Aug.[10])	12 Sept.	1794	AC 41 f. 112

Dec. 1791 (l. c. f. 1a); consecr. Romae 4 Mart. 1792 a card. de Zelada (Diario 1794 pp. 6, 8); ob. 15 Oct. 1794 (Pepe l. c. 187). - 31 Oct. 1797 nomin. r. Neapolis ad Ostunen. Dionysius Izzo (P. Dat. 170 f. 10), sed non confirm. a S. Sede.

Oveten.

[1]) A. 1754: Civ. Oveten. sita est in principatu Asturiae, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione S.[mi] Salvatoris immed. subi. S. Sedi; in capitulo sunt 13 dign. et 40 can.[tus]; in civ. sunt 4 eccl. paroec., 4 conventus virorum, 3 mon. monialium (P. Cons. 144 f. 109' ss.); valor ann. fr. mens. epalis 16000 circ. duc. illius mon., taxa 1600 flor. (AC 34 f. 193).

[2]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 3122 duc. auri de Camera et 10 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3[am] fr., c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 32 f. 325'); nat. in loco de Hito dioec. Conchen. 6 Ian. 1688, pbr., doct. iur. can. (P. Cons. 132 f. 568 ss.); 31 Aug. 1746 ei conc. fac. suscipiendi munus praesidis consilii Castellae et immiscendi se criminalibus (S. Br. 3126 f. 406); ob. 29 Dec. 1749 (Gams 59).

[3]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 2870 duc. auri de Camera et 1½ iulii mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3[am] fr., c. decr. ... vac. decanatus Malacitan., erig. mont. piet. (AC 34 f. 18); nat. in loco de Villamartín de Campos dioec. Palentin. 24 Ian. 1698, pbr., doct. iur. can. (P. Cons. 138 f. 374 ss.); ob. 30 Oct. 1753 (Gams 59).

[4]) Absolv. a vinc. Gerren., praesent. r. cath., tr. c. ret. compat., c. reserv. pens. usque ad summam 2950 duc. auri de Camera et 13 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3[am] fr., c. decr. ... vac. suffrag.[tus] Toletan. et can.[tus] ac praeb. colleg. SS. Iusti et Pastoris oppidi Compluten. dioec. Toletan., erig. mont. piet. (AC 34 f. 193); tr. ad Placentin. 21 Apr. 1760.

[5]) Absolv. a vinc. Tricomien., praesent. r. cath., tr. c. reserv. pens. usque ad summam 2950 duc. etc. ut supra, c. decr. quod officium suffraganei Toletan. et assignatio congruae per huiusmodi translationem vacet et respective cesset eo ipso, erig. mont. piet. (AC 35 f. 281'); fit ep. solio Pont. assist. 15 Febr. 1776 (S. Br. 3837 f. 32); ob. 17 Mart. 1791 (España Sagrada 51, 304).

[6]) Absolv. a vinc. Laren., praesent. r. cath., tr. c. reserv. pens. usque ad summam 4124 duc. auri de Camera et 14 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3[am] fr., c. decr. ... iuram. fidel., vac. archidiac.[tus] et can.[tus] ac praeb. Oveten., erig. mont. piet. (AC 40 f. 266); ob. 29 Apr. 1805 (España Sagrada 51, 172).

Oxomen.

[1]) A. 1763: Civ. et epatus Oxomen. sita est in prov. Castellae Veteris; eccl. cathedr. et residentia ep.[1] est in oppido Burgi, quod continet 200 circ. focularia, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Toletan.; in capitulo sunt 10 dign. et 11 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 13000 circ. scut. mon. Rom. (P. Cons. 151 f. 335 s.); taxa 1800 flor. (AC 35 f. 413').

[2]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 2300 duc. auri de Camera ac 7 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3[am] fr., c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 30 f. 14); nat. in loco de Deza dioec. Seguntin. 29 Apr. 1663, pbr., mag. theol., ad praesens generalis suae Congr. in Hispania (P. Cons. 116 f. 565 ss.); ob. 25 Iun. 1735 (P. Cons. 122 f. 304).

[3]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 2300 duc. auri de Camera et 7 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3[am] fr., c. decr. ... vac. can.[tus] et praeb. Calaguritan. ac benef. simplex in paroec. eccl. S. Mariae de Palatio Calaguritan. dioec., repar. cathedr. et dom. epalis (AC 31 f. 89'); nat. in loco de Musques, bapt. 1 Iul. 1684, pbr., doct. iur. can. univ. Vallisoletan., vic. gen. Calaguritan., inquisitor gen. civ. Compostellan. (P. Cons. 122 f. 297 ss.); consecr. Matriti 10 Iun. 1736 (l. c. f. 306); tr. ad Burgen. 7 Sept. 1744.

[4]) Praesent. r. cath., promovetur c. disp. ... gradus, c. reserv. pens. usque ad summam 3057 duc. auri de Camera ac 11 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3[am] fr., c. decr. ... vac. can.[tus] et doctoralis praeb. Salamantin., erig. mont. piet. (AC 32 f. 286'); nat. in loco de Colindres dioec. Burgen. 20 Iun. 1698, pbr., doct. iur. civilis, prof. univ. Salamantin., provisor epatus Salamantin. sede vacante (P. Cons. 131 f. 371 ss.); ob. 4 Mart. 1748 (P. Cons. 136 f. 527').

[5]) Absolv. a vinc. Larissen., praesent. r. cath., tr. c. ret. tt. archiep.[1], c. reserv. pens. usque ad summam 3057 duc. auri de Camera et 11 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3[am] fr., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 33 f. 210); ob. 29 Aug. 1760 (España Sagrada 51, 174).

[6]) Absolv. a vinc. de Arequipa, praesent. r. cath., tr. c. reserv. pens. usque ad summam 3296 duc. auri de Camera et 9 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3[am] fr. (AC 35 f. 413'); ob. in civ. Granaten. 27 Mart. 1764 (P. Cons. 152 f. 426).

[7]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 3296 duc. etc. ut supra (AC 36 f. 70'); nat. in loco de Budia dioec. Seguntin. 9 Nov. 1711, pbr., doct. iur. can., ad praesens inquisitor civ. Granaten. (P. Cons. 152 f. 423 ss.); consecr. Matriti 28 Oct. 1764 ab archiep. Pharsalien. (Iuramenta 3 f. 233); ob. 15 Oct. 1786 (P. Cons. 187 f. 197').

[8]) Absolv. a vinc. Thebarum, tr. c. ret. tt. archiep.[1], c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 40 f. 81); praesent. r. cath. 31 Oct. 1786 (Cons. 1786 f. 293); 30 Ian. 1787 ei conc. ind. abessendi a sua eccl. durante munere confessarii regis cath. (S. Br. 4085 f. 11 s.); ob. 4 Dec. 1788 (España Sagrada 51, 285).

[9]) Absolv. a vinc. Albarracinen., praesent. r. cath., tr. c. reserv. pens. usque ad summam 5579 duc. auri de Camera et 11½ iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 40 f. 217); ob. m. Nov. 1793 (P. Cons. 197 f. 295).

[10]) Promovetur c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 41 f. 112); nat. in civ. Pacen. 24 Maii 1734, pbr., doct. theol. univ. Granaten., mag. theol. suae Religionis (P. Cons. 197 f. 288 ss.); praesent. r. cath. 10

tr. Didaci ad Giennen.	**Antonius** Tavira y Almazán, ep. Canarien.[11])	27 Iun. 1796	AC 41 f. 354
tr. Antonii ad Salamantin.	**Franciscus Ignatius** Iñigo de Angulo[12])	25 Sept. 1798	S. Br.
ob. Francisci I.	**Ioannes** de Moya, archiep. Pharsalien.[13])	28 Mart. 1799	S. Br.

Pacen(sis) (*Badajoz*) in Hispania [1])

ob. Amatoris Merino	**Emmanuel** Minayo[2])	21 Iul. 1755	AC 34 f. 284
ob. Emmanuelis	**Iacobus** Palmero[3])	11 Dec. 1780	AC 39 f. 138
ob. Iacobi	**Alphonsus** de Solís y Gragera, ep. Gerren.[4])	17 Febr. 1783	AC 39 f. 250'
ob. Alphonsi	**Gabriel** Álvarez de Faria[5])	18 Dec. 1797	AC 41 f. 539

Pacen(sis) seu de Pace (*La Paz*) in America meridionali (Bolivia) [1])

ob. Alexii F. de Rojas	**Augustinus** Rodríguez Delgado, ep. de Panama[2])	17 Dec. 1731	AC 30 f. 181'
tr. Augustini ad de Plata	**Salvator** Bermúdez, ep. Conceptionis[3])	28 Febr. 1742	AC 32 f. 78
tr. Salvatoris ad de Plata	**Iosephus** de Peralta, ep. S.^{mae} Trinitatis de Buenos Aires[4])	14 Iun. 1746	AC 33 f. 46
ob. Iosephi	**Matthias** Ibáñez[5])	4 Sept. 1747	AC 33 f. 140
ob. Matthiae	**Didacus Antonius** de Parada[6])	18 Dec. 1752	AC 34 f. 113
tr. Didaci A. ad Liman.	**Gregorius Franciscus** de Campos[7])	4 Maii 1764	AC 36 f. 59
ob. Gregorii F.	**Alexander** de Ochoa, ep. S. Crucis de Sierra[8])	11 Apr. 1791	AC 40 f. 242'
ob. Alexandri	**Remigius** de la Santa y Ortega, ep. de Panama[9])	24 Iul. 1797	AC 41 f. 435

Mart. 1794 (Cons. 1794 f. 307); consecr. Matriti 16 Nov. 1794 ab archiep. Pharsalien. (Iuramenta 11 f. 237 s.); tr. ad Giennen. 18 Dec. 1795.

[11]) Absolv. a vinc. Canarien., praesent. r. cath., tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., erig. mont. piet. (AC 41 f. 354); tr ad Salamantin. 14 Aug. 1798.

[12]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. 5579 duc. auri de Camera et 11½ iuliorum mon. Rom. computatis antiquis pro pers. nominandis, c. decr. ... vac. decanatus Burgen., erig. mont. piet. (S. Br. 4401 f. 165 ss.); nat. in loco de Villasuso dioec. Santanderien. 12 Maii 1736, pbr., doct. iur. can. univ. Oxomen., iam can. magistralis et archidiac. Burgen., ad praesens exam. synodalis Burgen. (P. Cons. 202 f. 219 ss.); ob. 8 Ian. 1799 (Gams 57).

[13]) Absolv. a vinc. Pharsalien., praesent. r. cath., tr. c. reserv. pens. 5579 duc. etc. ut supra, c. decr. ... erig. mont. piet. (S. Br. 4401 f. 222 s.); eius dimissio admittitur 19 Febr. 1801 (A. Cons. 1800/1803 f. 300).

Pacen. (in Hisp.)

[2]) Promovetur ad Samosaten. c. ind. ... cons. ep. et 2 pbr., c. ret. can.tuum colleg. S. Crucis civ. Hildesimen. et eccl. S. Mauritii civ. Monasterien. (S. Br. 3470 f. 4 ss.); 23 Sept. 1760 deput. vic. apost. Missionum Septentrionalium in regionibus quae electori Palatino marchioni Brandenburgico et principibus Brunsvicen. subsunt (l. c. f. 12); fit ep. solio Pont. assist. 9 Maii 1761 (S. Br. 3655 f. 58 ss.); ob. 21 Maii 1779 (Metzler 140).

[3]) Promovetur ad Samosaten. et deput. coadi. c.f.s. ep.o Baltimoren. (S. Br. 4246 ff. 1 ss., 14' ss.); cf. Baltimoren.

[4]) Promovetur ad Samosaten. et deput. coadi. c.f.s. ep.o Laonen. (S. Br. 4352 ff. 1 ss., 6 ss.); cf. Laonen.

Sanctonen.

[1]) A. 1745: Civ. Sanctonen. inhabitatur a 7000 circ. christifidelium, sub dominio temporali partim regis Xmi partim ep.li; eccl. cathedr. sub invocatione S. Petri suffrag. metrop. Burdegalen.; in capitulo sunt 5 dign. et 24 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 18000 libr. Turonen.; in civ. sunt 4 eccl. paroec., 5 conventus virorum, 4 mon. monialium; dioec. continet 500 circ. parochias (P. Cons. 132 f. 827' s.); taxa 2000 flor. (AC 32 f. 326). - Eccl. Sanctonen. supprimitur 29 Nov. 1801 (S. Br. 4702 n. 2).

[2]) Promovetur c. ret. compat., c. decr. ... repar. cathedr. et dom. epalis, instit. poenit., erig. mont. piet. (AC 32 f. 326); nat. in dioec. Parisien., aet. 54 an., pbr., doct. theol. fac. Parisien., iam can. et cantor Sanctonen., a 5 annis decan. et a 16 annis vic. gen. Sanctonen. (P. Cons. 132 f. 822 ss.); nomin. r. Xmo 6 Dec. 1744 (l. c. f. 823); ob. 12 Sept. 1763 (P. Cons. 152 f. 667).

[3]) Promovetur c. ret. compat., c. decr. ... vac. can.tus et praeb. Lugdunen., instit. etc. ut supra (AC 36 f. 6'); nat. in dioec. Agennen., aet. 48 an., pbr., lic. theol. fac. Parisien., eleemos. regis et vic. gen. Lugdunen. (P. Cons. 152 f. 662 ss.); nomin. r. Xmo 30 Oct. 1763 (l. c. f. 663); ob. 29 Sept. 1781 (Jean 155).

[4]) Promovetur c. ret. compat., c. reserv. pens. 6430 libr. Turonen. super mensae epalis Sanctonen. fructibus pro 2 pers. nominatis, c. decr. ... perfect. cathedr., repar. dom. epalis, instit. etc. ut supra (AC 39 f. 173); nat. in dioec. Petragoricen., aet. 37 an., pbr., lic. theol. fac. Parisien., cleri Gallicani olim agens gen., ab 8 annis vic. gen. Bellovacen. (P. Cons. 181 f. 506 ss.); nomin. r. Xmo 14 Oct. 1781 (l. c. f. 511); occisus 2 Sept. 1792 (Jean 155); beatificatus 17 Oct. 1926 (L.Th.K. VI, 394).

Sanctori(n)en.

[1]) A. 1758: Civ. Sanctorinen. inhabitatur a 150 circ. incolis, sub dominio temporali Turcarum; eccl. cathedr. sub invocatione S. Ioannis Bapt. suffrag. metrop. Naxien.; in capitulo sunt 6 dign. et 2 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 120 circ. scut. mon. Rom.; in civ. sunt 1 hospitium S.I. et 1 mon. monialium; dioec. continet 12 circ. loca (P. Dat. 135 f. 13' ss.); taxa 33 1/3 flor. (AC 31 f. 240').

[2]) Promovetur c. decr. ... prof. fidei, instr. suppellect. (AC 31 f. 240'), iuxta decr. S. Congr. Prop. 25 Maii 1739 emanatum et a S.S. 29 Maii approbatum (P. Dat. 116 f. 109a); bulla prov. (S. Br. 2972 f. 516 ss.); nat. in loco de Asilo dioec. Tarvisin. 27 Ian. 1687, in saeculo vocatus «Hieronymus Antonius», pbr., mag. theol., provincialis prov. Orientis, pro-vic. et vic. apost. patriarch. Constantinopolitan. (P. Dat. 116 f. 107 ss.); 10 Dec. 1740 deput. visit. apost. insularum maris Aegaei, Zacynthi et Cephaloniae, aliorumque locorum adiacentium (S. Br. 2993 f. 1 ss.); dim. Sanctorinen. 7 Maii 1746 (P. Dat. 123 f. 95 ss.).

[3]) Promovetur c. decr. ... prof. fidei, repar. cathedr. (AC 33 f. 94'), iuxta decr. S. Congr. Prop. 9 Maii 1746 emanatum et a S.S. 12 Iun. approbatum (P. Dat. 123 f. 183 ss.); bulla prov. (S. Br. 3397 f. 5 ss.); nat. in civ. Chien., aet. 50 an. circ., pbr., olim alumnus coll. Urbani de Prop. Fide, doct. theol., missionarius apost., lect. theol. moralis Chien. (P. Dat. 123 f. 183 ss.); 21 Ian. 1747 ei conc. ind. ... cons. ep. et 2 dign. (S. Br. 3131 f. 31); dim. ante 20 Febr. 1758 (P. Dat. 135 f. 15a).

[4]) Promovetur c. disp. ... gradus, c. decr. ... prof. fidei (AC 35 f. 127), iuxta decr. S. Congr. Prop. 20 Febr. 1758 emanatum et a S.S. 21 Febr. approbatum (P. Dat. 135 f. 13 ss.); bulla prov. (S. Br. 3657 f. 41 ss.); nat. in civ. Naxien., aet. 42 an. circ., pbr., olim alumnus coll. Urbani de Prop. Fide, can. Naxien., vic. in insula Andren. (P. Dat. 135 f. 13 ss.); 19 Aug. 1758 ei conc. ind. ... cons. ep. et 2 pbr. (S. Br. 3428 f. 14); tr. ad Naxien. 12 Iul. 1773.

[5]) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 pbr., c. decr. ... prof. fidei (AC 37 f. 247'), iuxta decr. S. Congr. Prop. 15 Iun. 1773 emanatum et a S.S. 20 Iun. approbatum (P. Dat. 150 f. 248); bulla prov. (S. Br. 3805 f. 214 ss.); nat. in insula de Melos dioec. Sanctorinen., aet. 40 an. circ., ab a. 1749 alumnus coll. Urbani de Prop. Fide de Urbe, pbr., doct. theol. a. 1759, a pluribus annis usque ad praesens vic. insularum Melos et Cimoli nunc. (P. Dat. 150 f. 246 ss.); ob. non consecr. ante 16 Maii 1774 (P. Dat. 151 f. 193).

[6]) Promovetur c. disp. ... aet., c. decr. ... prof. fidei (AC 38 f. 40'), iuxta decr. S. Congr. Prop. 16 Maii 1774 emanatum et a S.S. 5 Iun. approbatum (P. Dat. 151 f. 195); bulla prov. (S. Br. 3806 f. 135 ss.); nat. in civ. Sanctorinen., bapt. 15 Iun. 1745, alumnus coll. Urbani de Prop. Fide, prom. ad ord. pbr.tus 25 Mart. 1770, doct. theol. (P. Dat. 151 f. 191 ss.); ob. ante 22 Ian. 1809 (S. Br. 4561 f. 4).

Santanderien (sis) *(Santander)* in Hispania.[1]) Erecta 12 Dec. 1754

a primaeva erectione	**Franciscus Xaverius** de Arriaza [2])	24 Sept. 1755	AC 34 f. 297
ob. Francisci X.	**Franciscus** Laso Santos de San Pedro [3])	29 Mart. 1762	AC 35 f. 365
ob. Francisci	**Raphael** Menéndez de Luarca [4])	25 Iun. 1784	AC 39 f. 288

Saonen (sis) seu **Savonen (sis)** *(Savona)* in Italia superiore [1])

ob. Augustini Spinola	**Octavius Maria** de Mari, Cl.R.Som.[2])	15 Dec. 1755	AC 34 f. 302
ob. Octavii M.	**Dominicus** Gentile [3])	29 Ian. 1776	AC 38 f. 130

Sappaten (sis) *(Sappa)* in Albania [1])

ob. Basilii Lindi	**Lazarus** Vladagni [2])	9 Mart. 1746	AC 33 f. 10'
tr. Lazari ad Antibaren.	**Georgius** Vladagni [3])	27 Apr. 1750	AC 34 f. 14'
ob. Georgii	**Nicolaus** Lindi [4])	5 Aug. 1765	AC 36 f. 118'
ob. Nicolai	**Ioannes** Logorezzi, ep. Pulaten.[5])	26 Sept. 1791	AC 40 f. 263'
ob. Ioannis	**Antonius Angelus** Radovani [6])	27 Iun. 1796	AC 41 f. 342

Sarepten (a) *(Sarepta)* in Phoenicia Prima, tit.[1])

tr. C. A. de la Roche-Aymon ad Tarbien.	**Ioannes Antonius** Wallreuther, fit suffrag. Wormatien.[2])	5 Mart. 1731	AC 30 f. 92

Santanderien.

[1]) Clemens PP. XIII 12 Dec. 1754 oppidum Santanderien. in civ. epalem illiusque cathedr. erexit (Cons. 1755/1756 f. 11 ss.). - A. 1762: Civ. Santanderien. sita est in prov. Castellae Veteris, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Burgen.; in capitulo sunt 5 dign. et 10 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 10000 circ. duc. illius mon.; in civ. sunt 5 mon. utriusque sexus (P. Cons. 150 f. 472 ss.); taxa 700 flor. (AC 35 f. 365).

[2]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 1375 duc. auri de Camera pro pers. nominandis, non exced. ... 3^{am} fr., c. decr. ... instr. suppellect., instit. poenit. et sem., erig. mont. piet. (AC 34 f. 297); nat. Matriti dioec. Toletan. 6 Nov. 1708, pbr., lic. iur. can., abb. colleg. Santanderien. (P. Cons. 145 f. 462 ss.); consecr. Matriti 7 Dec. 1755 ab archiep. Pharsalien. (Iuramenta 3 f. 263); ob. 18 Oct. 1761 (P. Cons. 150 f. 474).

[3]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 1375 duc. etc. ut supra, c. decr. ... vac. can.^{tus} ac doctoralis praeb. Civitaten., instit. sem., erig. mont. piet. (AC 35 f. 365); nat. in loco de Poza de la Vega dioec. Legionen., bapt. 8 Sept. 1708, pbr., doct. iur. can. univ. Abulen. (P. Cons. 150 f. 460 ss.); ob. 14 Mart. 1783 (Gams 68).

[4]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 1729 duc. auri de Camera et 8 ½ iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3^{am} fr., c. decr. ... vac. archidiac.^{tus} Oveten., repar. dom. epalis, instit. sem., erig. mont. piet. (AC 39 f. 288); nat. in loco de Setienes dioec. Oveten., bapt. 22 Nov. 1743, pbr., doct. theol. (P. Cons. 184 f. 301 ss.); consecr. in civ. Compostellan. 5 Sept. 1784 ab ep. Lucen. (Iuramenta 8 f. 453); ob. 20 Iun. 1819 (Gams 68).

Saonen.

[1]) A. 1755: Civ. Saonen. sita in Liguria inhabitatur a 10000 circ. incolarum, sub dominio temporali reipublicae Ianuen.; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Mediolanen.; in capitulo sunt 4 dign. et 12 can.^{tus}; valor ann. fr. mens. epalis 1000 circ. scut. mon. Rom.; in civ. sunt 3 eccl. paroec., 12 conventus virorum, 5 mon. monialium; dioec. continet 20 loca (P. Dat. 132 f. 175' ss.); taxa 135 flor. (AC 34 f. 302).

[2]) Promovetur ad Saonen. (AC 34 f. 302); nat. in civ. Ianuen. 7 Iun. 1700, prom. ad ord. pbr.^{tus} 17 Iun. 1725, lect. phil. et theol., rector coll. Clementini de Urbe (P. Dat. 132 f. 173 ss.); consecr. Romae 21 Dec. 1755 a card. Doria (Diario 6000 p. 3 s.); ob. in resid. 27 Mart. 1775 (P. Dat. 153 f. 89').

[3]) Promovetur ad Saonen. (AC 38 f. 130); nat. in civ. Ianuen. 20 Apr. 1732, prom. ad ord. pbr.^{tus} 11 Apr. 1757, doct. theol. Sapientiae Rom. 25 Ian. 1776, fit cons. S. Inquisitionis Ianuae 7 Dec. 1767 (P. Dat. 153 f. 88 ss.); consecr. Romae 4 Febr. 1776 a card. Pallavicini (Arch. Caer. 628 p. 255); dim. 20 Sept. 1804 (P. Dat. 173 p. 101).

Sappaten.

[1]) A. 1765: Civ. Sappaten. sita in Albania a Turcis postmodum penitus a fundamentis eversa, nihilominus modo a christifidelibus 60 circ. domus prope eam erectae inveniuntur; eccl. cathedr. sub invocatione S. Georgii suffrag. metrop. Antibaren.; in ea 3 pbr.^{i} curam animarum exercent; ep.^{o} annuatim pro congrua 200 scut. mon. Rom. a S. Congr. de Prop. Fide subministrantur (P. Dat. 142 f. 85 ss.).

[2]) Promovetur c. decr. ... prof. fidei (AC 33 f. 10') iuxta decr. S. Congr. Prop. 20 Sept. 1745 emanatum et a S.S. 23 Sept. approbatum (Cons. 1745/1746 f. 251); bulla prov. (S. Br. 3396 f. 208 ss.); nat. in civ. Scutaren., aet. 40 an. circ., pbr., doct. theol., alumnus coll. Illyrici civ. Lauretan., vic. gen. Scutaren., nepos Antonii Vladagni ep. Scutaren. (P. Cons. 134 f. 153 ss.); tr. ad Antibaren. 21 Iul. 1749.

[3]) Promovetur c. disp. ... gradus, c. decr. ... prof. fidei, vac. abbatia mon. S. Alexandri de Miriditis nunc. (AC 34 f. 14'), iuxta decr. S. Congr. Prop. 7 Iul. 1749 emanatum et a S.S. 13 Iul. approbatum (P. Dat. 127 f. 9 ss.); bulla prov. (S. Br. 3398 f. 588 ss.); nat. in civ. Scutaren., aet. 38 an. circ., pbr., alumnus coll. Illyrici civ. Lauretan., missionarius apost. in civ. Scutaren. et Sophien. (P. Dat. 127 f. 9 ss.); ob. in resid. 9 Mart. 1765 (P. Dat. 142 f. 88').

[4]) Promovetur c. disp. ... gradus, c. decr. ... prof. fidei (AC 36 f. 118'), iuxta decr. S. Congr. Prop. 17 Iun. 1765 emanatum et a S.S. 30 Iun. approbatum (P. Dat. 142 f. 85 ss.); bulla prov. (S. Br. 3664 f. 236 ss.); nat. in loco de Blinishti dioec. Sappaten., aet. 42 an., pbr., alumnus coll. Firman. et Urbani de Prop. Fide, vic. gen. et capitularis Sappaten. (P. Dat. 142 f. 85 ss.); ob. in resid. ante 19 Aug. 1791 (P. Dat. 164 f. 230).

[5]) Absolv. a vinc. Pulaten., tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel. (AC 40 f. 263'), iuxta decr. S. Congr. Prop. 19 Aug. 1791 emanatum et a S.S. 11 Sept. approbatum (P. Dat. 164 f. 230); bulla prov. (S. Br. 4383 f. 111 ss.); ob. a. 1795 (P. Dat. 169 f. 184).

[6]) Promovetur c. decr. ... vac. paroec. eccl. civ. Scutaren., prof. fidei (AC 41 f. 342), iuxta decr. S. Congr. Prop. 6 Iun. 1796 emanatum et a S.S. 12 Iun. approbatum (P. Dat. 169 f. 185); bulla prov. (S. Br. 4388 f. 132 ss.); nat. in dioec. Scutaren., aet. 35 an. circ., pbr., doct. theol. coll. Urbani de Prop. Fide, a 9 annis parochus in civ. Scutaren. (P. Dat. 169 f. 183 ss.); tr. ad Scutaren. 8 Iul. 1808 (S. Br. 4555 f. 1 ss.); ob. ante 19 Sept. 1814 (P. Dat. 177 f. 280).

Sarepten.

[1]) Eccl. Sarepten. sita est in Phoenicia Prima sub metrop. Tyren. (Index Sed. tit. n. 814).

[2]) Promovetur ad Sarepten. et deput. suffrag. Wormatien. ad pontif.,

ob. Ioannis A.	**Ioannes** de Cairol, fit auxiliaris Narbonen.[3])	28 Ian. 1760	AC 35 f. 249'
tr. Ioannis ad Vencien.	**Ioannes Dionysius** de Vienne, fit suffrag. Lugdunen.[4])	18 Dec. 1775	AC 38 f. 117

Sarlaten(sis) *(Sarlat)* in Gallia [1])

ob. Dionysii A. Le Blanc	**Henricus Iacobus** de Montesquiou [2])	31 Iul. 1747	AC 33 f. 136'
ob. Henrici I.	**Iosephus Anna Lucas** de Ponte d'Albaret [3])	15 Dec. 1777	AC 38 f. 198'

Sarnen(sis) *(Sarno)* in Italia inferiore [1])

ob. Didaci de Pace	**Franciscus** de Novellis, ep. Nicoteren.[2])	27 Ian. 1738	AC 31 f. 152
ob. Francisci	**Ioannes Xaverius** Pirelli [3])	21 Iul. 1760	AC 35 f. 280'
dim. Ioannis X.	**Laurentius** Potenza, ep. Arianen.[4])	26 Mart. 1792	AC 40 f. 305

Sarsinaten(sis) *(Sarsina)* in Italia superiore [1])

dim. Ioannis B. Braschi	**Ioannes Bernardinus** Vendemini [2])	11 Maii 1733	AC 30 f. 275'
ob. Ioannis B.	**Ioannes Paulus** Calbetti [3])	1 Dec. 1749	AC 33 f. 285

---

c. ret. can.[tus] et praeb. Wormatien. necnon alterius can.[tus] et praeb. colleg. S. Andreae civ. Wormatien., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mensae epalis Wormatien. fructibus (AC 30 f. 92); bulla prov. (S. Br. 2964 f. 413 ss.); nat. in loco de Kiederich dioec. Moguntin. 30 Maii 1673, charactere cler. insign. 20 Sept. 1692, prom. ad ord. min. 23 Nov. 1692, subdiac.[tus], diac.[tus] et pbr.[tus] 12 Ian., 22 Febr., 15 Mart. 1698, doct. theol. univ. Moguntin. 19 Maii 1707, prot. apost., parochus cathedr. Wormatien., ad praesens pro-vic. gen. Wormatien. (P. Cons. 117 f. 625 ss.; Colonia 98); 12 Mart. 1731 ei conc. ind.... cons. ep. et 2 abb. (S. Br. 2768 f. 86); ob. m. Ian. 1734 (P. Cons. 120 f. 573').

[3]) Promovetur ad Sarepten. ad hoc, ut Carolo A. archiep. Narbonen. auxilio esse possit, c. ret. compat. necnon archidiac.[tus] et can.[tus] ac poenit. praeb. Tolosan. ac praepos. conventualis de Beaumont nunc. O.C.S.Aug. dioec. Vabren., c. decr.... prof. fidei (AC 35 f. 249'); bulla prov. (S. Br. 3659 f. 153 ss.); nat. in dioec. Narbonen., aet. 50 an., pbr., doct. theol. fac. Parisien., per plures annos can. et vic. gen. Electen., a pluribus annis cancellarius univ. Tolosan. ac vic. gen. et officialis dioec. Tolosan. (P. Cons. 148 f. 225 ss.); consecr. 3 Aug. 1761 (P. Cons. 160 f. 251'); tr. ad Vencien. 29 Ian. 1770.

[4]) Promovetur ad Sarepten. et deput. suffrag. Lugdunen. ad pontif., c. assign. congruae 300 duc. auri de Camera super mensae archiepalis Lugdunen. fructibus, c. ret. compat. (AC 38 f. 117); bulla prov. (S. Br. 4366 f. 417 ss.); nat. in dioec. Parisien., aet. 36 an., pbr., doct. theol. fac. Parisien., vic. gen. Lugdunen. (P. Cons. 169 f. 196 ss.); ob. ante 22 Dec. 1800 (AC 49 f. 73).

Sarlaten.

[1]) A. 1777: Civ. Sarlaten. sita in prov. Aquitaniae inhabitatur a 6000 circ. christifidelium, sub dominio temporali ep.[1]; eccl. cathedr. sub invocatione S. Salvatoris suffrag. metrop. Burdegalen.; in capitulo sunt 5 dign. et 18 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 10000 libr. Turonen. omnibus deductis oneribus; in civ. sunt 1 eccl. paroec., 2 conventus virorum, 2 mon. monialium; dioec. continet 300 circ. parochias (P. Cons. 174 f. 257 ss.); taxa 750 flor. (AC 38 f. 199). - Eccl. Sarlaten. supprimitur 29 Nov. 1801 (S. Br. 4702 n. 2).

[2]) Promovetur eique iniungitur... extens. regaliae, c. decr.... prof. fidei, repar. cathedr. et dom. epalis, instit. poenit., erig. mont. piet. (AC 33 f. 136'); nat. in loco de Mirande dioec. Auxitan., aet. 37 an., pbr., doct. theol. univ. Tolosan., per 3 annos vic. gen. Sanctonen., a 7 annis vic. gen. Lemovicen. (P. Cons. 135 f. 439 ss.); nomin. r. X[mo] 30 Maii 1747 (l. c.); ob. 19 Ian. 1777 (Jean 159).

[3]) Promovetur c. ret. compat., c. reserv. pens. 1200 libr. Turonen. pro pers. nominata super mensae epalis Sarlaten. fructibus, c. decr.... repar. etc. ut supra (AC 38 f. 198'); nat. in dioec. Elnen., aet. 41 an., pbr., doct. theol. fac. Parisien., vic. gen. Cathalaunen. (P. Cons. 174 f. 249 ss.); nomin. r. X[mo] 10 Aug. 1777 (l. c. f. 254); ob. in civ. Taurinen. 20 Maii 1800 (Jean. 159).

Sarnen.

[1]) A. 1760: Civ. Sarnen. inhabitatur a 5000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis Neapolis; eccl. cathedr. sub invocatione S. Michaelis suffrag. metrop. Salernitan.; in capitulo sunt 4 dign. et 12 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 1500 circ. duc. illius mon.; in civ. sunt 2 eccl. paroec., 2 conventus virorum, 1 mon. monialium; dioec. continet 3 loca (P. Cons. 149 f. 663 s.); taxa 66 2/3 flor. (AC 35 f. 280'). - 27 Iun. 1818 eccl. Sarnen. aeque principaliter unitur c. eccl. Caven. (S. Br. 4713 n. 26).

[2]) Absolv. a vinc. Nicoteren., tr. c. decr.... prof. fidei et iuram. fidel., vac. omnia benef., suspenso... ad obitum (AC 31 f. 152); ob. Neapoli 11 Maii 1760 (Capialbi 132).

[3]) Promovetur c. decr. ... vac omnia benef., quae obtinet, suspenso ... ad obitum (AC 35 f. 280'); nat. Neapoli 24 Maii 1725, charactere cler. insign. 3 Nov. 1747, prom. ad ord. pbr.[tus] 13 Apr. 1754, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 27 Iun. 1760 (P. Dat. 137 f. 113 ss.); consecr. Romae 27 Iul. 1760 a card. Spinelli (Diario 6720 p. 9); fit ep. solio Pont. assist. 29 Iul. 1760 (S. Br. 3471 f. 18); dim. 23 Mart. 1792 (P. Dat. 164 f. 101 ss.); promovetur ad Arianen. 26 Mart. 1792.

[4]) Absolv. a vinc. Arianen., tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., vac. omnia benef. suspenso ... ad obitum, repar. cathedr. et dom. epalis, instr. suppellect. (AC 40 f. 305); nomin. r. Neapolis 16 Dec. 1791 (P. Dat. 166 f. 2a); ob. 1 Sept. 1811 (Gams 920).

Sarsinaten.

[1]) A. 1749: Civ. Sarsinaten. sita in prov. Romandiolae inhabitatur a 600 circ. incolis; eccl. cathedr. sub invocatione Annuntiationis B.M.V. suffrag. metrop. Ravennaten.; in capitulo sunt 1 dign. et 14 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 1100 circ. scut. mon. Rom. (P. Dat. 126 f. 119' s.); taxa 68 1/3 flor. (AC 33 f. 285).

[2]) Promovetur c. decr. ... vac. omnia benef. quae obtinet, suspenso ... ad obitum, repar. cathedr., erig. mont. piet. (AC 30 f. 275'); nat. in civ. Cesenaten. 27 Apr. 1678, prom. ad ord. pbr.[tus] 28 Oct. 1712, doct. iur. utr. univ. Cesenaten. 31 Oct. 1703, iam gub. Fori Saraceni dioec. Sarsinaten., deinde per 19 annos vic. gen. abbatiae Claracen. capituli S. Ioannis Lateranen. de Urbe (P. Dat. 110 f. 63 ss.); consecr. Romae 25 Maii 1733 a Nicolao card. Spinola (Arch. Caer. 622 sine f.); ob. Fori Saraceni dioec. Sarsinaten. 21 Sept. 1749 (P. Dat. 126 f. 120).

[3]) Promovetur c. decr. ... instr. suppellect. (AC 33 f. 285); nat. in loco de Civitella nullius dioec. prov. Ravennaten., bapt. 11 Nov. 1691, prom. ad ord. pbr.[tus] 21 Dec. 1715, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 26 Febr. 1724, iam vic. gen. Tiburtin., Civitellae, Civitatis Castelli, ad praesens vic. gen. abbatiae Sublacen. (P. Dat. 126 f. 119 ss.); consecr. Romae 8 Dec. 1749 ab archiep. Tarsen. (Diario 5055 p. 8 s.); fit ep. solio Pont. assist. 17 Aug. 1753 (S. Br. 3292 f. 17); ob. 1 Mart. 1760 (P. Dat. 137 f. 76').

ob. Ioannis P.	**Ioannes Bapt.** Mami [4])	21 Apr. 1760	AC 35 f. 271
ob. Ioannis B.	**Nicolaus** Casali [5])	23 Apr. 1787	AC 40 f. 98'

Sarzanen(sis) v. Lunen(sis)

Satalen(sis) *(Satala)* in Armenia Prima, tit.[1])

certo modo	**Isaac** Soffiali [2])	7 Ian. 1785	S. Br.

Satrianen(sis) v. Campanien(sis)

Savonen(sis) v. Saonen(sis)

Scalen(sis) v. Ravellen(sis)

Scardonen(sis) *(Scardona, Skradin)* in Dalmatia [1])

ob. Nicolai Tomasich	**Vincentius** Bragadin, O.F.M.Cap.[2])	28 Sept. 1733	AC 30 f. 295'
tr. Vincentii ad Clodien.	**Antonius** Becich, olim ep. Nicopolitan.[3])	20 Maii 1754	AC 34 f. 204'
tr. Antonii ad Pharen.	**Dominicus** Pasqualigo [4])	21 Apr. 1760	AC 35 f. 276
ob. Dominici	**Antonius Stephanus** Trevisan [5])	16 Febr. 1767	AC 36 f. 253

Scepusien(sis) *(Szepes, Zips)* in Hungaria.[1]) Erecta 13 Mart. 1776

a primaeva erectione	**Carolus** von Salbeck, ep. Nemesin.[2])	16 Sept. 1776	AC 38 f. 158
ob. Caroli	**Ioannes** Révay [3])	7 Apr. 1788	AC 40 f. 137

---

[4]) Promovetur c. decr. ... erig. mont. piet. (AC 35 f. 271); nat. in loco de Mercato Saraceno dioec. Sarsinaten. 25 Dec. 1711, prom. ad ord. pbr.tus 24 Sept. 1735, doct. iur. utr. univ. Cesenaten. 24 Iul 1734, iam pro-vic. gen. Beneventan., vic. gen. Narnien. et Albanen., ad praesens vic. gen. Portuen. et S. Rufinae (P. Dat. 137 f. 75 ss.); ob. in resid. 21 Mart. 1787 (P. Dat. 161 f. 126').

[5]) Promovetur c. decr. ... repar. cathedr., erig. mont. piet. (AC 40 f. 98'); nat. in civ. Cesenaten. 31 Iul. 1743, prom. ad ord. pbr.tus 20 Dec. 1766, doct. iur. utr. univ. Cesenaten. 27 Sept. 1780, prot. apost. honorarius, iam vic. gen. Aesin. (P. Dat. 161 f. 125 ss.); consecr. Romae 13 Maii 1787 a card. de Zelada (Diario 1292 p. 7); ob. circ. a. 1814 (P. Dat. 179 f. 204).

Satalen.

[1]) Eccl. Satalen. sita est in Armenia Prima sub metrop. Sebasten. (Index Sed. tit. n. 348).

[2]) Pbr. saec., promovetur ad Satalen. (S. Br. 4039 f. 4 ss.) iuxta decr. S. Congr. Prop. 22 Nov. 1784 emanatum et a S.S. 28 Nov. approbatum (l. c. f. 6); 7 Ian. 1785 deput. vic. apost. pro Armenis in civ. Constantinopolitan. (l. c. f. 12 s.).

Scardonen.

[1]) A. 1767: Civ. Scardonen. sita in Dalmatia inhabitatur a 2000 circ. incolarum, sub dominio temporali reipublicae Venetae; eccl. cathedr. sub invocatione S. Marci suffrag. metrop. Spalaten.; in capitulo sunt 2 dign. et 6 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 800 circ. scut. mon. Rom.; dioec. continet 5 loca (P. Dat. 144 f. 7' s.); taxa 143 $^{1}/_{3}$ flor. (AC 36 f. 253).

[2]) Praesent. a republica Venetiarum, promovetur c. disp. ... gradus, c. decr. ... prof. fidei, instit. theol., poenit., sem., erig. mont. piet. (AC 30 f. 295'); nat. Venetiis 10 Mart. 1691, in saeculo vocatus «Antonius Dominicus», habitum religiosum sumpsit 10 Iun. 1714, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 4 Aug. 1715, subdiac.tus, diac.tus et pbr.tus 10, 15, 18 Aug. 1715, iam guardianus conventuum de Asolo, Palma et Este, concionator (P. Dat. 110 f. 119 ss.); consecr. Venetiis 6 Dec. 1733 a patr. Venetiarum (Diario 2557 p. 9); tr. ad Clodien. 26 Sept. 1753.

[3]) Promovetur c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., perfect. cathedr., instit. sem., erig. mont. piet. (AC 34 f. 204'); praesent. a duce et republica Venetiarum 13 Apr. 1754 (P. Dat. 131 f. 92 ss.); tr. ad Pharen. 13 Iul. 1759.

[4]) Promovetur c. decr. ... prof. fidei, vac. can.tus et praeb. Patavin., constr. dom. epalis, instit. etc. ut supra (AC 35 f. 276); nat. Venetiis 24 Apr. 1698, prom. ad ord. subdiac.tus, diac.tus et pbr.tus 11, 17, 19 Apr. 1756, doct. iur. utr. univ. Patavin. 12 Mart. 1760 (P. Dat. 137 f. 59 ss.); praesent. a duce et republica Veneta 12 Apr. 1760 (l. c.); ob. in civ. Sibenicen. 14 Apr. 1766 (P. Dat. 144 f. 8).

[5]) Promovetur c. decr. ... prof. fidei, vac. archidiac.tus Scardonen., constr. etc. ut supra (AC 36 f. 253); nat. Venetiis 24 Dec. 1727, prom. ad ord. pbr.tus 13 Apr. 1754, doct. iur. utr. univ. Patavin. (P. Dat. 144 f. 7 ss.); praesent. a duce et republica Veneta 16 Ian. 1767 (l. c.); ob. in civ. Sibenicen. 14 Oct. 1799 (P. Dat. 172 f. 91).

Scepusien.

[1]) Pius PP. VI 13 Mart. 1776 oppidum Scepusien. ab archidioec. Strigonien. separatum epalis civ. titulo et honore decoravit ac eccl. colleg. S. Martini in cathedr. erexit (bulla erectionis Cons. 1776/1777 f. 429 ss.). - Civ. Scepusien. inhabitatur a 6000 circ. incolarum, sub dominio temporali reginae Hungariae; eccl. cathedr. suffrag. metrop. Strigonien.; in capitulo sunt 10 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 20000 circ. flor. illius mon. (P. Cons. 172 f. 66' ss.); taxa 800 flor. (AC 38 f. 158).

[2]) Absolv. a vinc. Nemesin., tr. c. decr. ... instit. theol. et poenit. ac sem., erig. mont. piet. (AC 38 f. 158); nomin. a regina Hungariae 15 Ian. 1776 (P. Cons. 172 f. 71); ob. 15 Iun. 1785 (P. Cons. 190 f. 95). - 21 Aug. 1787 nomin. caes. maiest. ad Scepusien. Michael Leopoldus Brigido (Ep. Reg. III n. 9), sed promovetur ad Labacen. 7 Apr. 1788 (cf. Labacen.).

[3]) Promovetur c. disp. ... gradus, c. decr. ... vac. praepos. Nitrien., instit. etc. ut supra (AC 40 f. 137); nat in loco de Császkó dioec. Nitrien., bapt. 9 Aug. 1748, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. a. 1767, subdiac.tus a. 1769, diac.tus et pbr.tus a. 1770, iam can. et archidiac. Scepusien., deinde praep. Nitrien. (P. Cons. 190 f. 91 ss.); nomin. caes. maiest. 27 Nov. 1787 (l. c. f. 98); ob. 9 Ian. 1806 (P. Cons. 208 f. 412).

Scopien(sis) *(Üsküb, Skoplje, Shkup)* in Serbia, metrop.[1])

dim. Michaelis Somma	**Ioannes Bapt.** Nicolovich [2])	23 Sept. 1743	AC 32 f. 189'
ob. Ioannis B.	**Thomas** Tomicich [3])	26 Sept. 1753	AC 34 f. 153
dim. Thomae	**Matthaeus** Massarech [4])	18 Dec. 1758	AC 35 f. 172'

Scutaren(sis) seu **Scodren(sis)** *(Scutari, Skadar, Shkodër)* in Albania [1])

ob. Antonii Vladagni	**Paulus** Campsi [2])	25 Maii 1742	AC 32 f. 86'
ob. Pauli	**Georgius Angelus** Radovani [3])	29 Iul. 1771	AC 37 f. 137
tr. G. A. ad Antibaren.	**Franciscus** Borzi [4])	23 Apr. 1787	AC 40 f. 99
tr. Fr. ad Antibaren.	**Marcus** Crescesi [5])	11 Apr. 1791	AC 40 f. 239'

Sebasten(a) *(Sebastea)* in Armenia Prima, metrop., tit.[1])

ob. Nicolai Negroni [2])	**Renatus** Massa, ep. Ariminen.[3])	17 Apr. 1741	AC 32 f. 18'
ob. Renati	**Petrus Bonaventura** Savini, nuper ep. Montis Alti [4])	16 Sept. 1748	AC 33 f. 203'
ob. Petri B.	**Nicolaus** Colonna di Stigliano [5])	20 Maii 1776	AC 38 f. 141

S. Sebastiani Rivi Ianuarii *(São Sebastião, Rio de Janeiro)* in America meridionali (Brasilia) [1])

ob. Ant. de Guadalupe	**Ioannes** a Cruce, O.Carm.Discalc.[2])	19 Dec. 1740	AC 31 f. 278

Scopien.

[1]) A. 1749: Civ. Scopien. sita est in regno Serbiae sub tyrannide Turcarum; eccl. metrop., olim sub invocatione S. Annae, mutata est in moscheam; archiep.° annuatim pro congrua substentatione 200 scut. mon. Rom. a S. Congr. Prop. subministrantur; dioec. continet 7 parochias (P. Dat. 130 f. 70' s.).

[2]) Promovetur ad Scopien. (AC 32 f. 189') iuxta decr. S. Congr. Prop. 12 Maii 1743 emanatum et a S.S. 20 Maii approbatum (P. Dat. 120 f. 153 ss.); conc. Pallium 16 Dec. 1743 (AC 32 f. 204); bulla prov. (S. Br. 3394 f. 70 ss.); nat. in dioec. Scopien., aet. 41 an. circ., pbr., doct. theol. et phil. univ. Lauretan., olim alumnus in coll. Illyrico Firman. et deinde in coll. Illyrico Lauretan., vic. gen. Scopien. et in missionibus Bulgariae visit. apost. (P. Dat. 120 f. 153 ss.); consecr. Romae 29 Sept. 1743 a card. Portocarrero (Diario 4086 p. 3); ob. m. Aug. 1752 (P. Dat. 130 f. 71).

[3]) Promovetur c. disp. ... gradus, c. decr. ... prof. fidei (AC 34 f. 153) iuxta decr. S. Congr. Prop. 26 Mart 1753 emanatum et a S.S. 1 Apr. approbatum (P. Dat. 130 f. 69 ss.); conc. Pallium 26 Sept. 1753 (AC 34 f. 154); bulla prov. (S. Br. 3401 f. 435 ss.); nat. in civ. Ragusin. 22 Iul. 1710, prom. ad ord. pbr.[tus] 9 Aug. 1733, a 12 annis parochus eccl. paroec. S. Andreae in suburbio Ragusin. (P. Dat. 130 f. 60 ss.); dim. ante 18 Sept. 1758 (P. Dat. 135 f. 91b).

[4]) Promovetur c. disp. ... gradus, c. ind. ... cons. ep. et 2 pbr., c. decr. ... prof. fidei (AC 35 f. 172') iuxta decr. S. Congr. Prop. 18 Sept. 1758 emanatum et a S.S. 1 Oct. approbatum (P. Dat. 135 f. 90 ss.); conc. Pallium 12 Febr. 1759 (AC 35 f. 190); bulla prov. (S. Br. 3658 f. 1 ss.); nat. in dioec. Scopien., aet. 32 an. circ., pbr., olim alumnus coll. Urbani de Prop. Fide, vic. gen. Scopien. (P. Dat. 135 f. 90 ss.); ob. a. 1812 (Gams 417).

Scutaren.

[1]) A. 1771: Dioec. Scutaren. in Albania continet 26 parochias cum 19369 catholicis; ep.° annuatim 200 scut. mon. Rom. pro congrua substentatione a S. Congr. Prop. subministrantur (P. Dat. 148 f. 60a); suffrag. metrop. Antibaren. (P. Cons. 129 f. 644'); taxa 66 $^2/_3$ flor. (AC 37 f. 137).

[2]) Promovetur c. decr. ... prof. fidei (AC 32 f. 86') iuxta decr. S. Congr. Prop. 10 Iul. 1741 emanatum et a S.S. 11 Iul. approbatum (Cons. 1741/1742 f. 291); bulla prov. (S. Br. 3392 f. 655 ss.); nat. in dioec. Scutaren., filius Petri, aet. 37 an. circ., pbr., doct. theol. et phil. coll. Lauretan., missionarius apost. in Albania (P. Cons. 129 f. 644 ss.); ob. 19 Apr. 1771 (Gams 418).

[3]) Promovetur c. decr. ... prof. fidei (AC 37 f. 137) iuxta decr. S. Congr. Prop. 8 Iul. 1771 emanatum et a S.S. 14 Iul. approbatum (P. Dat. 148 f. 59 ss.); bulla prov. (S. Br. 3803 f. 215 ss.); nat. in civ. Scutaren., aet. 37 an. circ., pbr., doct. phil. et theol. coll. Urbani de Prop. Fide, iam missionarius apost. in Bulgaria, ad praesens vic. apost. Sophien. (P. Dat. 148 f. 59 ss.); tr. ad Antibaren. 23 Apr. 1787.

[4]) Promovetur c. disp. ... gradus, c. decr. ... prof. fidei (AC 40 f. 99) iuxta decr. S. Congr. Prop. 14 Apr. 1787 emanatum et a S.S. 22 Apr. approbatum (P. Dat. 161 f. 3); bulla prov. (S. Br. 4379 f. 95 ss.); nat. in civ. Scutaren., aet. 36 an. circ., pbr., alumnus coll. S. Familiae nunc. Neapolis (P. Dat. 161 f. 117 ss.); tr. ad Antibaren. 11 Apr. 1791.

[5]) Promovetur c. disp. ... gradus, c. decr. ... prof. fidei (AC 40 f. 239') iuxta decr. S. Congr. Prop. 21 Mart. 1791 emanatum et a S.S. 27 Mart. approbatum (P. Dat. 164 f. 33); bulla prov. (S. Br. 4383 f. 11 ss.); nat. in civ. Scutaren., aet. 40 an. circ., pbr., olim alumnus coll. S. Familiae civ. Neapolitan., curam animarum exercuit in civ. et dioec. Scutaren. (P. Dat. 164 f. 31 ss.); ob. ante 13 Iun. 1808 (S. Br. 4555 f. 4).

Sebasten.

[1]) Eccl. metrop. Sebasten. sita est in Armenia Prima (Index Sed. tit. n. 345).

[2]) Ob. in civ. Ianuen. 11 Mart. 1735 (Diario 2751 p. 7).

[3]) Promovetur ad Sebasten. c. ret. Ariminen. et ceterorum quae obtinet (AC 32 f. 18'); bulla prov. (S. Br. 3391 f. 492 ss.).

[4]) Promovetur c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., vac. benef. quae obtinet, suspenso ... ad obitum (AC 33 f. 203'); bulla prov. (S. Br. 3398 f. 139 ss.).

[5]) Promovetur c. disp. ... pbr.[tus] ord., c. ret. omnium quae obtinet (AC 38 f. 141); bulla prov. (S. Br. 4367 f. 341 ss.); nat. Neapoli 15 Iul. 1730, prom. ad ord. subdiac.[tus], diac.[tus] et pbr.[tus] 6, 8, 9 Apr. 1776, doct. iur. utr. Sapientiae Rom. 13 Apr. 1752, iam ponens Congr. super Consultatione negotiorum status eccl.[ci], vice-leg. Ferrariae, praeses clericorum Camerae Apost., cler. eiusdem Camerae, praefectus archivorum, vic. colleg. S. Laurentii in Damaso de Urbe, primicerius et oeconomus regiae eccl. S. Spiritus nationis Neapolitan. de Urbe (P. Dat. 153 f. 202 ss.); consecr. in cathedr. Tusculan. 28 Maii 1776 a card. duce Eboracen. (Diario 148 p. 12); deput. nunt. apost. apud regem Hispaniarum 7 Iun. 1776 (S. Br. 3843 f. 17 ss.); creatur card. 14 Febr. 1785 (cf. S.R.E. card. V, 37).

S. Sebastiani Rivi Ianuarii

[1]) A. 1745: Civ. Rivi Ianuarii inhabitatur a 30000 circ. christifidelium, sub dominio temporali regis Portugalliae; eccl. cathedr. sub invocatione S. Sebastiani suffrag. metrop. S. Salvatoris Bahiae; in capitulo sunt 5 dign. et 9 can.[tus]; congrua 1000 scut. pro sustentatione ep.[i] subministratur a rege Portugalliae; in civ. sunt 2 eccl. paroec., 5 conventus virorum, 1 mon. monialium (P. Cons. 132 f. 697 ss.); taxa 116 $^2/_3$ flor. (AC 31 f. 278).

[2]) Promovetur c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. in Indiis, c. decr. ...

dim. Ioannis	**Antonius** do Desterro, ep. Angolen.[3])	15 Dec. 1745	AC 32 f. 357
. . . .	**Vincentius** de Gama Leal, fit ep. Hetalonien. et coadi. c.f.s.[4])	19 Iul. 1756	AC 35 f. 31
. . . .	**Iosephus Ioachimus Iustinianus** Mascarenhas Castelo Branco, fit ep. Tipasitan. et coadi. c.f.s.[5])	20 Dec. 1773	AC 37 f. 263

Sebastopolitan(a) *(Sebastopolis)* in partibus infidelium, tit.[1])

ob. Georgii Bizanski	**Paulus Ladislaus** Eszterházy, O.S.Pauli, fit auxiliaris Vacien.[2])	16 Sept. 1776	AC 38 f. 155
tr. Pauli L. ad Quinque Ecclesien.	**Stephanus Andreas Franciscus a Paula** de Fallot de Beaupré de Beaumont, fit coadi. c.f.s. Vasionen.[3])	16 Dec. 1782	AC 39 f. 233'
certo modo	**Marcellus** Cortenovis, Congr.Barn.[4])	14 Febr. 1797	S. Br.

Seccovien(sis) *(Seckau)* in Styria [1])

tr. Iacobi E. von Lichtenstein ad Olomucen.	**Leopoldus Ernestus** von Firmian [2])	13 Febr. 1739	. . . . . .
tr. L. E. ad Passavien.	**Iosephus Philippus** von Spaur [3])	6 Oct. 1763	. . . . . .
tr. I. Ph. ad Brixinen.	**Iosephus** von Arco, nuper ep. Reginohradicen.[4])	6 Apr. 1780	. . . . . .

Secusien(sis) *(Susa)* in Italia superiore.[1]) Erecta 3 Aug. 1772

a primaeva erectione	**Iosephus Franciscus Maria** Ferraris [2])	20 Iul. 1778	AC 39 f. 28

---

instit. sem., erig. mont piet. (AC 31 f. 278); nat. in civ. Ulixbonen., bapt. 4 Ian. 1695, prom. ad ord. diac.[tus] 17 Dec. 1718, pbr.[tus] 4 Mart. 1719, lect. theol., iam prior in diversis coenobiis sui Ordinis, fit definitor gen. 21 Apr. 1736 (P. Cons. 126 f. 530 ss.); praesent. r. Portugalliae 22 Febr. 1739 (Ep. Reg. II n. 78); 16 Dec. 1740 ei conc. disp. super quarto voto de non acceptanda dign. (S. Br. 2993 f. 118); dim. 4 Dec. 1745 (P. Dat. 122 f. 115 ss.); deput. coadi. c.f.s. ep.° Miranden. 19 Ian. 1750.

[3]) Absolv. a vinc. Angolen., tr. c. decr. ... prof. fidei et iuram. fidel., repar. cathedr. et dom. epalis, instit. etc. ut supra (AC 32 f. 357); praesent. r. Portug. 1 Sept. 1745 (P. Cons. 132 f. 690); ob. 5 Dec. 1773 (Almeida III pars 2, 1053).

[4]) Promovetur ad Hetalonien. et deput. coadi. c.f.s. Antonio ep. S. Sebastiani Rivi Ianuarii, etiam dicti Antonii ep. expresso consensu non accedente, de consensu tamen regis fidel., ea tamen lege, quod nonnisi de scientia et consensu ep. coadiuti quidquam eorum quae pastoralis muneris sunt, in sua dioec. agere possit, donec aliter per Sedem Apost. provisum fuerit, c. assign. congruae ex aerario regio eidem Vincentio coadiutori persolvendae, qua dign. epalem decenter tueri valeat, c. ret. compat., c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. in Indiis, c. decr. ... loco success. erig. mont. piet. (AC 35 f. 31); nat. in loco de Espinhal dioec. Colimbrien., bapt. 29 Sept. 1713, prom. ad ord. subdiac.[tus] 23 Dec. 1740, diac.[tus] et pbr.[tus] 7, 14 Ian. 1741, bacc. iur. can. univ. Colimbrien. 5 Iun. 1733, fit vic. gen. Colimbrien. 22 Iun. 1749 (P. Cons. 146 f. 376 ss.); dim. coadiutoriam ante 11 Dec. 1773 (A. Cons. 1773 f. 352); ob. 1 Oct. 1791 (Gams 136).

[5]) Promovetur ad Tipasitan. et deput. coadi. c.f.s. Antonio ep. S. Sebastiani Rivi Ianuarii, etiam Antonii ep. expresse non accedente consensu, de consensu regis fidel., c. assign. congruae ex aerario regio eidem ep. coadiutori persolvendae, qua dign. epalem decenter tueri valeat, c. ret. decanatus cathedr. S. Sebastiani Rivi Ianuarii durante coadiutoria, c. ind. ... cons. ep. et 2 dign. in Indiis, c. decr. ... loco success. erig. mont. piet. (AC 37 f. 263); nat. in civ. Rivi Ianuarii, bapt. 6 Sept. 1731, prom. ad ord. subdiac.[tus] 29 Sept. 1754, diac.[tus] et pbr.[tus] 13, 20 Oct. 1754, doct. iur. can. univ. Colimbrien. 16 Maii 1756, iam promotor fiscalis inquisitionis Elborae, deinde inquisitor Ulixbonen. (P. Cons. 165 f. 347 ss.); consensus r. fidel. 17 Aug. 1773 (l. c. f. 352); consecr. in civ. Ulixbonen. 30 Ian. 1774 ab archiep. Elboren. (Iuramenta 7 f. 246); ob. 28 Ian. 1805 (Gams 136).

Sebastopolitan.

[1]) Duae habentur eccl. tit. Sebastopolitan., una in Armenia Prima sub mertop. Sebasten., altera in Thracia sub metrop. Philippopolitan. (Index Sed. tit. nn. 349, 597).

[2]) Promovetur ad Sebastopolitan. ad hoc, ut Christophoro card. Migazzi archiep. Viennen. et admin. perpetuo Vacien. auxilio esse possit in pontificalibus exercendis in eccl. Vacien., c. assign. congruae 1000 flor. illius mon. super mensae epalis Vacien. fructibus, c. ret. praepos. et can.[tus] ac praeb. Vacien. (AC 38 f. 155); bulla prov. (S. Br. 4367 f. 455 ss.); nat. in loco de Felsöpaty dioec. Iaurinen. 29 Maii 1730, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 12 Sept. 1749, subdiac.[tus] 26 Febr. 1752, diac.[tus] 27 Maii 1752, pbr.[tus] 17 Mart. 1753, alumnus coll. Germanici-Hungarici de Urbe, mag. theol. 24 Maii 1760, lect. theol., provincialis, deinde prior gen. sui Ord. (P. Cons. 172 f. 258 ss.); tr. ad Quinque Ecclesien. 2 Apr. 1781.

[3]) Promovetur ad Sebastopolitan. et deput. coadi. c.f.s. ep.° Vasionen. (AC 39 f. 233'); cf. Vasionen.

[4]) Promovetur ad Sebastopolitan. (S. Br. 4316 f. 9 ss.) iuxta decr. S. Congr. Prop. 16 Ian. 1797 emanatum et a S.S. 29 Ian. approbatum (l. c. f. 24 s.); 14 Febr. 1797 deput. vic. apost. in regno Avae, Tavai aliisque finitimis regionibus ac in civ. Rangun in regno Pegu (l. c. f. 19 s.); ob. ante 22 Dec. 1800 (AC 49 f. 78).

Seccovien.

[1]) De ep.[is] Seccovien. illius temporis in actis consist. nihil reperitur eo quod non provisione Sedis Apost., sed auctoritate archiep.[i] Salisburgen., cui eccl. Seccovien. suffrag., speciali privil. instituti sunt.

[2]) El. ep. Seccovien. 13 Febr. 1739 (Gams 311); 16 Febr. 1748 ei conc. ind. eligibilitatis ad Tridentin. (S. Br. 3157 f. 58); deput. coadi. c.f.s. ep.° Tridentin. 16 Dec. 1748 (cf. Tridentin.); tr. ad Passavien. 26 Sept. 1763.

[3]) El. ep. Seccovien. 8 Oct. 1763 (Gams 311); nat. Oeniponti dioec. Brixinen. 23 Sept. 1718 (Cracas 1777, 221); consecr. 21 Dec. 1763 ab archiep. Salisburgen. (P. Cons. 179 f. 71); 27 Iul. 1774 ei conc. ind. eligibilitatis ad Brixinen. (S. Br. 3794 f. 170 s.); tr. ad Brixinen. 20 Mart. 1780.

[4]) El. ep. Seccovien. 6 Apr. 1780 (Cracas 1781, 224); ob. 3 Iun. 1802 (Gams 311).

Secusien.

[1]) Clemens PP. XIV 3 Aug. 1772 erexit oppidum Secusii suppresso prius monasterio S. Iusti nullius dioec. in civ. epalem illiusque colleg. eccl. sub invocatione SS. Iusti Martyris et Mauri Abbatis in cathedr.; pro dioec. assignavit oppida et loca ad idem monasterium spectantia (bulla erectionis S. Br. 3804 f. 229 ss.). - Civ. Secusien. sita in prov. Taurinen. inhabitatur a 5000 circ. incolarum, sub dominio temporali regis Sardiniae uti ducis Sabaudiae; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. et SS. Iusti et Mauri suffrag. metrop. Taurinen.; in capitulo sunt 4 dign. et 14 can.[tus]; valor ann. fr. mens. epalis 14000 circ. libellarum illius mon.; dioec. continet 27 loca (P. Dat. 155 f. 386' ss.); taxa 300 flor. (AC 39 f. 28). - Eccl. Secusien. supprimitur 1 Iun. 1803, denuo erigitur 17 Iul. 1817 (S. Br. 4712 n. 31).

[2]) Promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 57 duc. auri de

Sedunen(sis) *(Sion, Sitten)* in Helvetia [1])

ob. Francisci I. Supersaxo	**Ioannes Iosephus** Blatter [2])	27 Sept. 1734	AC 31 f. 32'
ob. Ioannis I.	**Ioannes Hildebrandus** Roten [3])	18 Dec. 1752	AC 34 f. 114'
ob. Ioannis H.	**Franciscus Iosephus Fridericus** Ambüel [4])	25 Maii 1761	AC 35 f. 331
ob. Francisci I. F.	**Franciscus Melchior** Zen-Ruffinen [5])	18 Sept. 1780	AC 39 f. 117'
ob. Francisci M.	**Iosephus Antonius** Blatter [6])	29 Nov. 1790	AC 40 f. 229

Segnien(sis) *(Senj, Zengg)* et **Modrusien(sis)** *(Modruš)* in Croatia [1])

ob. Nicolai Pohmajevich	**Ioannes Antonius** de Benzoni [2])	2 Oct. 1730	AC 30 f. 33'
ob. Ioannis A.	**Georgius Wolfgangus** Chiolich [3])	18 Apr. 1746	AC 33 f. 26
ob. Georgii W.	**Pius** Manzador, Congr.Barn.[4])	26 Nov. 1764	AC 36 f. 75'
tr. Pii ad Transilvanien.	**Ioannes Bapt.** Caballini [5])	15 Mart. 1773	AC 37 f. 230
ob. Ioannis B.	**Aldragus Antonius** de Piccardi, ep. Petinen.[6])	14 Febr. 1785	AC 40 f. 14
. . . .	**Ioannes Bapt.** Jesich, fit ep. Orien. et coadi. c.f.s.[7])	15 Dec. 1788	AC 40 f. 160'

Camera et 2½ iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3am fr., c. decr. ... instr. suppellect., erig. mont. piet. (AC 39 f. 28); nat. in civ. Taurinen. 20 Oct. 1745, prom. ad ord. pbr.tus 10 Mart. 1770, doct. theol. univ. Taurinen. 25 Iun. 1768 (P. Dat. 155 f. 386 ss.); nomin. r. Sardiniae 1 Apr. 1778 (l. c. f. 399); consecr. Romae 26 Iul. 1778 a card. Gerdil (Diario 374 p. 8); tr. ad eccl. Salutiarum 11 Aug. 1800 (AC 49 f. 133).

Sedunen.

[1]) A. 1752: Civ. Sedunen. sita in prov. Vallesiae inhabitatur a 2000 et ultra christifidelium, sub dominio magistratus eiusdem loci; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. immed. subi. S. Sedi; in capitulo sunt 4 dign. et 8 can. residentes; valor ann. fr. mens. epalis 1400 circ. scut. mon. Rom.; in civ. sunt 1 colleg. et 2 conventus virorum; dioec. comprehendit totam Vallesiam (P. Cons. 140 f. 473); taxa 2000 flor. (AC 34 f. 114').

[2]) Promovetur eique iniungitur, quod recuperationi iurium dictae eccl. pro viribus incumbat, c. disp. ... gradus, c. decr. ... vac. can.tus et praeb. Sedunen., repar. cathedr. et dom. epalis, instit. poenit. ac sem., erig. mont. piet. (AC 31 f. 32'); nat. Vespiae dioec. Sedunen., bapt. 23 Mart. 1684, pbr., doct. phil., a 15 annis parochus Sedunen. (P. Cons. 120 f. 524 ss.); el. a capitulo 18 Maii 1734 (l. c. f. 543); 1 Oct. 1734 ei conc. ind. ... cons. ep. et 2 abb. (S. Br. 2843 f. 49); ob. 19 Ian. 1752 (P. Cons. 140 f. 475).

[3]) Promovetur etc. ut supra, c. disp. ... gradus, c. ind. ... cons. ep. et 2 abb., c. decr. ... vac. can.tus et praeb. Sedunen., repar. cathedr., reaedif. dom. epalis, instit. poenit., provid. sem., erig. mont. piet. (AC 34 f. 114'); nat. Raroniae dioec. Sedunen., bapt. 28 Febr. 1722, prom. ad ord. subdiac.tus 9 Mart. 1743, diac.tus 20 Dec. 1744, pbr.tus 12 Iun. 1745 (P. Cons. 140 f. 468 ss.); el. a capitulo 25 Sept. 1752 (l. c. f. 480'); consecr. Buli dioec. Lausanen. 25 Febr. 1753 ab ep. Lausanen. (Lucerna 171); ob. 19 Sept. 1760 (Lucerna 167).

[4]) Promovetur etc. ut supra, c. disp. ... gradus, c. ind. ... cons. ep. et 2 abb., c. decr. ... vac. dign. sacristae et can.tus ac praeb. Sedunen., instit. poenit., erig. mont. piet. (AC 35 f. 331); nat. in civ. Sedunen., bapt. 29 Febr. 1704, prom. ad ord. subdiac.tus 7 Iun. 1727, diac.tus 17 Aug. 1727, pbr.tus 20 Sept. 1727 (Lucerna 167); el. a capitulo 18 Dec. 1760 (A. Cons. 1761 pars I f. 477'); ob. 11 Apr. 1780 (P. Cons. 180 f. 168').

[5]) Promovetur etc. ut supra,, c. disp. ... gradus, c. ind. ... cons. ep. et 2 abb., c. decr. ... vac. decanatus et can.tus ac praeb. Sedunen., reaedif. dom. epalis, provid. sem., erig. mont piet. (AC 39 f. 117'); nat. Leucae dioec. Sedunen. 7 Ian. 1729, prom. ad ord. pbr.tus 18 Mart. 1752, vic. gen. et capitularis Sedunen. (P. Cons. 180 f. 159 ss.); el. a capitulo 26 Maii 1780 (l. c. f. 181'); consecr. 12 Nov. 1780 ab ep. Gebennen. (Vescovi 307 f. 396'); ob. 14 Iun. 1790 (P. Cons. 192 f. 432').

[6]) Promovetur etc. ut supra, c. disp. ... gradus, c. decr. ... vac. can.tus et praeb. Sedunen., repar. cathedr., constr. dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 40 f. 229); nat. Vespiae dioec. Sedunen., bapt. 8 Mart. 1745, pbr., exam. synodalis, can. Sedunen. ab a. 1769 (P. Cons. 192 f. 425 ss.); el. a capitulo 4 Aug. 1790 (l. c. f. 435'); ob. 19 Mart. 1807 (P. Cons. 208 f. 400).

Segnien. et Modrusien.

[1]) A. 1746: Civ. Segnien. sita in regno Dalmatiae inhabitatur a 5000 circ. christifidelium, sub dominio temporali reginae Hungariae; eccl. cathedr. sub invocatione B.M.V. suffrag. metrop. Colocen.; in capitulo sunt 4 dign. et 12 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 2000 circ. flor. illius mon.; in civ. sunt 2 conventus virorum (P. Cons. 134 f. 171 ss.); taxa 183 $^1/_3$ flor. (AC 33 f. 26). Ab 8 Mart. 1788 suffrag. metrop. Labacen. (Cons. 1788 pars I f. 208 ss.).

[2]) Promovetur ad Segnien. eidemque conc. in admin. eccl. Modrusien. dictae eccl. Segnien. canonice unita, c. decr. ... vac. archidiac.tus Modrusien., can.tus et praeb. colleg. S. Viti loci Fluminis dioec. Polen., repar. dom. epalis, instr. suppellect., instit. theol. et poenit., erig. sem. et mont. piet. (AC 30 f. 33'); nat. in oppido Fiume nunc. dioec. Polen., bapt. 23 Maii 1693, prom. ad ord. pbr.tus 29 Aug. 1717, doct. phil. et theol. univ. Perusin. 31 Aug. 1713, iam vic. gen. Petinen., agens et archivista imperialis in Urbe (P. Dat. 107 f. 71 ss.); nomin. caes. maiest. 31 Iul. 1730 (Ep. Reg. I n. 31); consecr. Romae 8 Oct. 1730 a card. Cienfuegos (Arch. Caer. 570 p. 65); ob. 3 Dec. 1745 (P. Cons. 134 f. 172).

[3]) Promovetur etc. ut supra, c. disp. ... gradus, c. ret. compat., c. decr. ... vac. paroec. eccl. Briniensis necnon archidiac.tus et can.tus ac praeb. Segnien., repar. cathedr. et dom. epalis, instit. etc. ut supra (AC 33 f. 26); nat. in civ. Segnien. 28 Maii 1699, characctere cler. insign. et prom. ad ord. min. 8 Sept. 1723, subdiac.tus 18 Sept. 1723, diac.tus 28 Oct. 1723, pbr.tus 1 Nov. 1723, doct. theol. univ. Graecii a. 1727, abb. infulatus S. Georgii, vic. gen. et capitularis Segnien. (P. Cons. 134 f. 166 ss.); nomin. a regina Hungariae 12 Febr. 1746 (Ep. Reg. II n. 27); 20 Maii 1746 ei conc. ind. ... cons. ep. et 2 abb. (S. Br. 3116 f. 29); ob. Romae 3 Ian. 1764 (Diario 7257 p. 15).

[4]) Promovetur etc. ut supra, c. decr. ... repar. etc. ut supra (AC 36 f. 75'); nat. Viennae in Austria, bapt. 10 Mart. 1706, in saeculo vocatus «Ioannes Iosephus Henricus», charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 21 Sept. 1725, subdiac.tus 13 Mart. 1728, diac.tus 23 Ian. 1729, pbr.tus 12 Mart. 1729, prof. religiosam emisit 10 Dec. 1724, lect. phil. et theol., praep., provincialis, deinde praep. gen. in sua Religione (P. Cons. 152 f. 530 ss.); nomin. a regina Hungariae 13 Mart. 1764 (l. c. f. 535); tr. ad Transilvanien. 15 Mart. 1773.

[5]) Promovetur etc. ut supra, c. disp. ... gradus, c. ind. ... cons. ep. et 2 abb., c. decr. ... repar. etc. ut supra (AC 37 f. 230); nat. in oppido de Novi dioec. Modrusien. 15 Iul. 1716, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 27 Sept. 1739, subdiac.tus 29 Sept. 1739, diac.tus et pbr.tus 11, 18 Oct. 1739, praep. S. Benedicti de Kaposfö (P. Cons. 165 f. 294 ss.); nomin. a regina Hungariae 30 Sept. 1772 (Cons. 1772/1773 f. 474); consecr. Zagabriae 9 Maii 1773 ab ep. Zagabrien. (Iuramenta 6 f. 228); ob. 25 Maii 1782 (P. Cons. 186 f. 278').

[6]) Absolv. a vinc. Petinen., tr. ad Segnien. etc. ut supra, c. decr. ... repar. etc. ut supra (AC 40 f. 14); nomin. caes. maiest. 31 Aug. 1784 (P. Cons. 186 f. 281); ob. in civ. Tergestin. 13 Sept. 1789 (Gams 802).

[7]) Promovetur ad Orien. et deput. coadi. c.f.s. Aldrago A. ep. Segnien. et Modrusien., accedente caes. maiest. et ipsius ep. expresso consensu, c. assign. congruae 4000 flor. illius mon. super mensae epalis earundem eccl. fructibus durante coadiutoria, c. decr. ... vac. can.tus et praeb. Segnien. et archidiac.tus districtus Modrusien. necnon rectoria

Segobien (sis) *(Segovia)* in Hispania [1])

ob. Dominici V. Guerra	**Didacus** García de Medrano [2])	24 Sept. 1742	AC 32 f. 112
ob. Didaci	**Emmanuel** Murillo y Argáiz [3])	17 Iul. 1752	AC 34 f. 94'
dim. Emmanuelis	**Ioannes Iosephus** Martínez Escalzo [4])	5 Iun. 1765	AC 36 f. 114
ob. Ioannis I.	**Alphonsus Marcus** de Llanes [5])	6 Iun. 1774	AC 38 f. 36'
tr. Alphonsi M. ad Hispalen.	**Ioannes Franciscus** Jiménez [6])	14 Febr. 1785	AC 40 f. 16'
tr. Ioannis F. ad Valentin.	**Philippus** Scio, Congr.Cl.S.P. [7])	18 Dec. 1795	AC 41 f. 279
ob. Philippi	**Iosephus** Sáenz de Santa María [8])	24 Iul. 1797	AC 41 f. 428

Segobricen (sis) *(Segorbe)* in Hispania [1])

ob. Didaci Muñoz Baquerizo	**Franciscus** Cepeda y Guerrero [2])	19 Nov. 1731	AC 30 f. 175
ob. Francisci	**Franciscus** Cuartero [3])	20 Ian. 1749	AC 33 f. 233
ob. Francisci	**Petrus** Fernández Velarde [4])	5 Iul. 1751	AC 34 f. 56'
ob. Petri	**Blasius** de Arganda, O.S.Hier. [5])	13 Mart. 1758	AC 35 f. 115'

paroec. et colleg. Novien. dioec. Modrusien., loco success. instr. suppellect., instit. theol. et poenit. et sem., erig. mont. piet. (AC 40 f. 160'); nat. in loco de Novi dioec. Modrusien. 4 Nov. 1746, charactere cler. insign. et prom. ad ord. min. 10 Nov. 1765, subdiac.tus et diac.tus 24, 27 Aug. 1769, pbr.tus 19 Nov. 1769, mag. theol. univ. Graecen. in Styria 3 Iul. 1771, nomin. can. colleg. Novien. 3 Iul. 1773, parochus eiusdem colleg. 20 Nov. 1773, archidiac. Modrusien. 18 Oct. 1782 (P. Cons. 190 f. 39 ss.); consensus caes. maiest. 8 Apr. 1788 (l. c. f. 47 ss.): consecr. Labaci 22 Febr. 1789 (Iuramenta 9 f. 412); ob. 6 Maii 1833 (A. Cons. 1833 pars I f. 440).

Segobien.

[1]) A. 1742: Civ. Segobien. sita est in prov. Castellae Veteris, sub dominio temporali regis cath.; eccl. cathedr. sub invocatione Assumptionis B.M.V. suffrag. metrop. Toletan.; in capitulo sunt 9 dign. et 40 can.tus; valor ann. fr. mens. epalis 30000 duc. illius mon.; in civ. sunt 18 eccl. paroec., 13 conventus virorum et 7 mon. monialium (P. Cons. 129 f. 655' ss.); taxa 1335 flor. (AC 32 f. 112).

[2]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 3145 duc. auri de Camera et 5 ½ iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3am fr., c. decr. ... vac. benef. simplex in paroec. eccl. villae de Quesada dioec. Toletan., repar. dom. epalis, erig. mont. piet. (AC 32 f. 112); nat. in loco de Robledo de Chavela dioec. Toletan. 5 Ian. 1692, pbr., doct. theol. (P. Cons. 129 f. 652 ss.); ob. m. Mart. 1752 (Gams 71).

[3]) Praesent. r. cath., promovetur c. reserv. pens. usque ad summam 3353 duc. auri de Camera ac 9 iuliorum mon. Rom. pro pers. nominandis, non exced. ... 3am fr., c. decr. ... vac. can.tus et lectoralis praeb. Toletan., repar. etc. ut supra (AC 34 f. 94'); nat. in loco de Murillo de Río Leza dioec. Calaguritan. 3 Sept. 1705, pbr., doct. iur. utr., iam can. doctoralis Burgen. (P. Cons. 140 f. 486 ss.); dim. 1 Iun. 1765 (P. Dat. 142 f. 69 ss.).

